ACTA HERMESIANA

QUAE

COMPLURIBUS G. HERMESII LIBRIS

A

GREGORIO XVI. S. P.

PER

LITTERAS APOSTOLICAS DAMNATIS

AD

DOCTRINAM HERMESII HUIUSQUE IN GERMANIA ADVERSARIORUM ACCURATIUS EXPLICANDAM ET AD PACEM INTER CONTRARIAS PARTES DEO IUVANTE RESTITUENDAM

SCRIPSIT

P. I. ELVENICH

PHILOSOPHIAE DOCTOR EIUSDEM IN ACADEMIA VRATISLAVIENSI PROFESSOR P. O. GYMNASII LEOPOLDINI VRATISLAVIENSIS DIRECTOR.

FASCICULUS I.

GOETTINGAE.

Apud VANDENHOECK & RUPRECHT.

1 8 3 6.

PRAEFATIO.

Nihil igitur mirum, si, uti quibusdam exemplis supra ostendimus, huiusmodi iudicia, (quibus hic ille, quia errorum auctor fuerit, damnatus est,) iterum institui et retractari et mutari ecclesia patiatur. Immo cuicunque modeste curanti, ut auctorem quempiam damnatum ab erroribus purget, succensere ecclesia minime consuevit; quum suae esse pietatis ducat omnibus filiis suis quocunque tempore locum vindicandae innocentiae relinquere, dummodo scandala evitentur, et qui patroni munere funguntur, non sententias auctoribus tributas et ab ecclesia proscriptas tueri, sed auctores tantummodo ab erroribus, quibus inquinati credebantur, liberare contendant.

Muratorius de Ing. Moder. I. 19.

Georgius Hermesius, Guestphalus, usque ad annum 1820 in Academia Monasteriensi Guestphalorum, post in Academia Fridericia Guilelmia Rhenana perillustris et celebratissimus Theologiae Dogmaticae Catholicae Professor fuit. Idem Capitulo Ecclesiae Metropolitanae Coloniensis fuit adscriptus. Supremum diem Bonnae obiit anno 1831

aetatem nactus annorum 56. Dum erat in vivis, summopere a multis Episcopis aestimabatur et propter singularem vitae suae integritatem et propter eximiam doctrinam mirificumque quoddam religionis christianae et catholicae sustentandae atque augendae studium; maximo loco ob easdem virtutes habebatur cum ab aliis Theologis quam plurimis tum ab innumerabili eorum multitudine, qui egressi e schola ipsius et sacris curandis praefecti gratissimam Praeceptoris memoriam in pectore servabant et ad hunc usque diem servant; inter Collegas suos vix non omnes in Academia et Monasteriensi et Bonnensi amplissima auctoritate pollebat; ab Adolescentibus vero litterarum studiosis propter excellens ingenium, propter incredibilem quandam morum gravitatem, propter summam religionem, qua muneris sui partes implebat, tanto honore afficiebatur, ut nostra aetate, qui parem laudem adepti sint, paucissimos Doctores, qui maiorem, vix unum reperias. Atque haec tam singularis reverentia erga Hermesium, dum vivebat maximisque et ingenii et animi virtutibus eminebat, etiam tum, quum mortui funus sepeliebatur, plane singularem in modum se declaravit, omnibusque, qui aderant frequentissimo numero, ita visum est talem virum tam praematura morte eripi non debuisse. Aliud Deo placuit, cuius perscrutari consilia non possumus, venerari certe debemus.

Accidit autem, ut Hermesius, mea sententia innocentissimus et maxime orthodoxus Theologiae Doctor, nonnullis in Germania viris offensioni esset. Extiterunt post mortem Hermesii, qui libellis maximam partem sine nomine in lucem editis doctrinam Hermesianam impugnarent, qui alienam a fide divina dicerent, qui ima religionis catholicae fundamenta per eam everti contenderent, qui durissimis verbis et incredibili cum levitate Hermesium Hermesianosque Rationalismi, Pelagianismi, aliorum errorum sectatores nominarent. Ferre tam graves accusationes non poterant Hermesiani, nisi et pietatem laederent erga Praeceptorem eximium, et taciti confiterentur se ipsos revera adhaerescere erroribus, a quibus toto animo abhorrebant. Exortum est bellum satis vehemens. Responderunt Hermesiani, et interdum acerbius, quam par erat. Tela adversus Hermesium et se ipsos iacta depulerunt, Hermesii libros plerisque locis perperam intelligi et detorqueri luculentissime demonstrarunt, perniciosissimas opiniones, quibus illi dixissent Hermesium Hermesianosque addictos esse, neque Hermesio neque Hermesianis unquam in mentem venisse ostenderunt, denique in castra adversariorum penetrarunt, et apertum fecerunt ab his ipsis errores maximos, intimo Delamennaei ac Bautaenii spiritu infectos, audacter venditari pro doctrina catholica. Continuato per quatuor fere annos certamine, cuius

ego nullam unquam partem habui, tandem silentium servare, nulla amplius contra Hermesianos iactare convicia adversarii coeperunt. Videbantur induciae pactae esse, immo etiam spes laeta affulgebat fore, ut pax valde optabilis rediret. Sed fefellit spes, quae utinam non fefellisset! Adversarii aut ipsi aut per alios excerpserant sententias ex Hermesii libris, Romam miserant cum animadversionibus suis, accusaverant Hermesium apud Sanctissimum Patrem, in tota fere Germania eum inter erroris magistros numerari confidenter affirmaverant, Hermesianos descripserant tanquam periculosissimos ecclesiae catholicae hostes, postulaverant et precati erant, ut praesentissimum damnum averteretur. Ibi tum Sanctissimus Pater totam causam diligenter inquirendam iussit, idque omnino facere debuit, ne gravissimo muneri divinitus Ipsi imposito deesset. Lata per Judices sententia non potuit non edere litteras Apostolicas, quibus Hermesii libros damnaret, et doctrinam Hermesii (Hermesianorumque) ut „fidei divinae eversivam“ notaret. Exhinc scholae Hermesianae in Germania adversarii paeana canere, maiores etiam turbas et discordias excitare, dicere populo Hermesianos esse haereticos a Sanctissimo Patre damnatos, poscere hic illic, ut Hermesiani munera ipsis tradita deponant, accusare eosdem obstinaciae, quae tanta sit, ut nunc quidem scientes ac volentes errori adhaerescant aliosque in erro-

rem inducant, urgere omnibus modis, ut tandem aliquando deserant rationem Magistri, si curae cordique habeant salutem ecclesiae. Contra quod Hermesiani non modo non negant, sed disertissime et uno ore affirmant damnatam a Sanctissimo Patre doctrinam reapse damnandam esse: at iidem contendunt damnatam doctrinam toto coelo differre ab Hermesiana, toto coelo differre ab ea, quam ipsi profiteantur, maxime deformatam Hermesii Hermesianorumque imaginem Sanctissimo Patri oblatam esse. Adversarii ista omnia non curant, novos clamores tollunt, interdum quasi Episcoporum auctoritate praediti litteris minacibus ad ipsos Hermesianos missis rationem postulant, quid rerum agatur. Hermesiani illorum opiniones ecclesiae periculosissimas et perniciossimas habere non desierunt. Ita bellum paulisper sedatum denuo et vehementius quam antehac videtur exardescere velle.

Hoc rerum statu satis turbulento ac luctuoso utile et honestum fore existimavi, si Latinis litteris et Hermesii Hermesianorumque doctrinam et adversariorum placita perspicue exponerem. Certe enim Sanctissimus Pater veri rectique amantissimus est, certe omnes filios suos eadem caritate amplectitur, ideoque velle non potest ullo pacto, neque ut numerosissima schola Hermesiana, etiamsi revera toto animo repudiat doctrinam damnatam, tamen tueri istam ac propagare a multis credatur, neque ut ad-

versarii, ferociores facti, litteris Apostolicis insigniter abutantur ad discordias seminandas aut nutriendas, ad Hermesianos temere vexandos, ad auctoritatem Reverendissimorum Episcoporum minuendam, ad Bautaenianismum vel similes disciplinas in ecclesiam Germanicam introducendas. — Latine autem cur scribere maluerim, duae potissimum causae sunt. Primum illud spectavi, ut a controversiis theologicis, magnam partem subtilibus, arceretur multitudo, quae quum iudicare de rebus non satis possit, tamen saepissime sibi iudicium arrogat, in cauponis tractat, quae in scholis tractanda sunt, partium studio agitatur et ex dictis aculeatis, siquae admixta sunt a concertantibus, oblectationem capit. Deinde id consilium sequutus sum, ut docti Theologi omnes, etiam qui extra Germaniam essent et linguae Germanicae imperiti, causa utriusque partis accurate cognita et perpensa certam ferre sententiam possent. Non dubito, quin has rationes, quae magnopere, praesertim in theologicis controversiis, Latinae linguae usum commendant, probaturi sint scholae Hermesianae adversarii, et propterea eos rogo atque exhortor, ut et ipsi, siquid male a me explicatum putent, eadem hac lingua utantur ad refellendum. Paratissimum me habebunt ad retractanda ea, in quibus errasse me intellexero; nihil est enim turpius, quam obstinate adhaerescere errori.

Unum restat, quod paucis commemorem. Of-

fendit nonnullos nomen **Hermesianorum**, **Scholae Hermesianae.** „Ex hoc ipso vocabulo, ita argumentati sunt, satis cerni licet Hermesii discipulos esse sectam ab Ecclesia, communi parente, segregatam, non Christo, filio Dei, sed homini deditam." Praeclarum sane et acutum argumentum! Eodem scilicet argumento facillime effici poterit, **Thomistas** et **Scotistas** defecisse a Jesu Christo et ab ecclesia. Nescio equidem, quis primus invenerit nomen Hermesianorum — fortasse ab ipsis adversariis inventum est —: verum, utcunque istud se habeat, facile patientur Hermesii discipuli se nominari a Magistro, ubi non de **ipsis dogmatis christianis**, non de **fide** agitur, sed de **sola methodo disciplinae theologicae.** Nonne haec duo unum ab altero distingui oportet? In fide eandem, ut infra luculentissime demonstrabo, regulam tenent Hermesii discipuli, quam omnes Catholici profitentur, quam ipsi etiam adversarii tenendam volunt; in fide totos se tradunt Jesu Christo, memores eorum, quae ait Apostolus I. ad Corinth. 3, 15: „**Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Jesus;**" in fide hoc symbolum prae se ferunt: „**Nihil, nisi quod traditum est,**" traditaeque doctrinae certissimum interpretem ac iudicem agnoscunt Ecclesiam. In fide igitur non sunt Hermesiani, non humanae sapientiae sectatores, sed

huius unius nomen profitentur, de quo scriptum est Act. 4, 12: „Non aliud nomen est datum sub coelo hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.“ Methodus autem disciplinae theologicae confirmandae, pertractandae et perficiendae diversa fuit diversis temporibus, et potest usque ad certum quendam modum diversa esse etiam apud eos, qui eiusdem fidei unitate iuncti sunt. Non dico omnem methodum ab ecclesia probari aut tolerari posse; rectissimeque Hermesiana methodus damnaretur, si quidquam haberet, quod pugnaret ullo modo cum fide. At nihil istiusmodi habet, ut mihi *quidem* hucusque persuasum est. Omnino dissidet et valde dissidet ab ea, quam adversarii, Delamennaei et Bautaenii placitis addicti, sequuntur et unice praedicant: rectene dissideat, an minus, itemque an methodus adversariorum iuvare ecclesiae salutem queat, iudicium sit penes arbitros intelligentes.

Scr. Vratislaviae mens. Maio
ann. MDCCCXXXVI.

INDEX.

Prolegomena . . . . pag. 1-16
Caput I. Quid de Hermesio iudicandum esset, si recte se haberent accusatorum placita. Infringuntur haec placita argumentis quibusdam generalibus extrinsecus petitis . . . . . . — 16
Cap. II. Memorabile testimonium, quod Hermesius de se ipse dedit . . . . — 18
Cap. III. Quid omnino significet fides et fidere. Multiplices fidei formae, si spectatur ad fontem, ad modum, ad praestantiam. Cavendum a fide temera, videndumque ut omnis fides, etiam positiva, sit rationi consentanea. Quid inquirendum sit, ubi quaeritur de fide adhibenda doctrinae, quae se divinitus traditam profitetur . . . — 22
Cap. IV. Criterium originis non divinae. Minime statim reiicere licet doctrinam, si nonnulla aut multa continet, quae supra rationem sunt. Quomodo interna praestantia doctrinae ad credendum propositae aestimari debeat . . . . — 31
Cap. V. Accommodantur regulae propositae ad doctrinam christianam. Huius interna praestantia quum pronos nos faciat, ut divinitus traditam credamus, tamen alii praeterea characteres requirendi sunt 36

Cap. VI. Prodigia a Jesu Christo patrata. Quid de causa horum efficiente theoretica ratio per se sola efficere possit. Residuae fiunt dubitatiunculae propter aliquem plenae perspicientiae defectum. Sed patet alia via rite perveniendi ad certitudinem, eamque moralem, dignitate sua parem certitudini theoreticae. Monstratur hanc certitudinem in prodigiis illis ita usu venire, ut nihili aestimatis dubitatiunculis theoreticis omnino oporteat nos credere fuisse in Jesu altiorem naturae viribus virtutem. Veri miraculi criterium pag. 4(

Cap. VII. Doctrina christiana non modo supernaturalem, sed etiam vere divinam originem habet. Testimonium Jesu Christi de sua missione. Res adiunctae, quae huic testimonio plenissimam fidem adsciscunt: vitae sanctitas, finis miraculorum, praestantia doctrinae. Quomodo his motivis externis ratio nostra eo adducatur, ut iubeat nos divinam Jesu missionem firmiter credere. Auctoritas Dei ut motivum credibilitatis. Natura fidei supernaturalis et divinae . . . . . . — 5!

Cap. VIII. Ostenditur in expositis Hermesii sententiis de fide nihil inesse, quod pugnet cum doctrina catholica. Qui Pelagianismi Hermesium accusarunt, res diversissimas miscent. Testimonia, ex quibus apparet praestantissimos Theologos, inprimis Episcopum Argentoratensem in Epistola Pastorali a Gregorio XVI. approbata, plane idem atque Hermesium sentire de coniunctione fidei divinae cum ratione humana. Ipsi accusatores adhaerescunt opinionibus pravissimis . . — 6!

Cap. IX. Cur nostra accusatorum castigatio non debeat dura videri. Recte Hermesius in Introductione Philosophica neque diserte affirmat neque negat gratiae necessitatem. Quid de hac necessitate sola ratio iudicet. In Tractatu de Gratia

(Theol. Dogm. P. III.) plane convenienter ecclesiae catholicae Hermesius Pelagianismum et Semipelagianismum damnat docteque refellit, ex quo magis etiam elucet incredibilis accusatorum iniustitia . . . . pag. 101

Cap. X. Epilogus ad Hermesii accusatores . — 119

Cap. XI. Duplex motivum credibilitatis: unum, quo movemur ad factum revelationis credendum; alterum, quo movemur ad fidem singulis quibusque dogmatis adhibendam. Ostenditur Hermesium in hac re minime errasse. Cur accusatores in Hermesio nihil sapiant nisi Rationalismum. Quid significet sententia Patrum: nisi credideritis, non intelligetis. De negativo et positivo Philosophiae usu in Theologia christiana. Theologia speculativa christiana quid sit et cur non reiicienda. Güntherus cum Hermesio comparatus . . . . — 122

Cap. XII. Hermesius Hermesianique iniuste Socinianismi accusati a Perronio, Theologo Romano e Soc. Jesu . . . . — 160

Cap. XIII. Quomodo accusatores adduci potuerint in falsam opinionem, errasse Hermesium circa s. scripturam, traditionem, ecclesiae Magisterium et alia huiusmodi. Ostenditur, qua via Hermesius demonstret catholicam ecclesiam esse vere christianam et apostolicam, infallibili auctoritate divinitus praeditam, ideoque ipsius vocem sine ulla haesitatione audiendam esse. Regula credendorum inter Catholicos vigens minime iniuriam infert rationi . . . . — 178

Cap. XIV. Methodus analytica s. heuristica, quam sequitur Hermesius, tota spectat ad dubitationem omnem excludendam. Quid differat inter prudentem et temerariam dubitationem. Pia fides

et acris demonstratio non inter se contrariae sunt. Quid iure requirat Hermesius in religionis Magistro. Fructus doctrinae Hermesianae quales sint, demonstratur testimoniis Virorum gravissimorum . . . . pag. 212

Epilogus ad Hermesianos . . . . — 226

Appendix de Bautaenii retractatione . . . . — 231

CORRIGENDA.

Pag.	2	lin.	9	scribe	e pro et.
—	9	—	26	—	maiori pro minori.
—	47	—	16	—	31 pro 21,
—	64	—	16	—	aliquem pro aliquam.
—	90	—	13	—	propterea quod p. propterea.
—	105	—	7	—	necessarium p. necessariam.
—	113	—	17	—	ergo p. erga.
—	128	—	30	—	pertinent p. pertiquirant.

Ab eodem auctore editi sunt hi libri:

Die Moralphilosophie. Erster Band Bonn **1830**; Zweiter Band Bonn **1833**. Bei T. Habicht.

De Fichtii Idealismo deque eius discrimine ab Hermesii Realismo. Vratislaviae, typis Universitatis. **1832.**

EPISTOLA EDITORIS

AD

HERMESIANOS.

„Sunt sua non Veritati minus quam Ingeniis iura inter homines, [illegible] ad neminem magis pertinet quam ad Catholicos Viros. Ius autem inquirendi Veri et palam enunciandi, a natura nobis insitum omniumque Majorum exemplo atque auctoritate commendatum, latissime patet, neque a nobis sine injuria negligi potest. Quamvis enim ab immoderata inquisitione Veri multa in Ecclesiam Dei manarint incommoda, quibus praecipue occurrendum est hac nostra lucubratione; ea tamen vicissim atque adeo evidentia bona sunt, quae quotidie impertit moderata utique Christiana inquirendi Veri libertas, ut non segnius ad hanc laudandam, quam ad illam incusandam atque et medio tollendam sit incumbendum.“

Muratorius in Epistola ad *Abbat. Bignon.*

Georgii Hermesii

Amicis

S.

Quum nuper ad me, nescio quo casu, perlatae essent litterae Apostolicae, quibus Gregorius XVI, Romanus Pontifex et Sanctissimus Pater, complures Georgii Hermesii libros damnavit; dicere non possum, quot et quales primo impetu commotiones in animo meo extiterint. Orta est admiratio incredibilis de re vix credibili; orta indignatio propter quorundam virorum conatus, qui famam innocentissimi fidelissimique Doctoris falsis denuntiationibus et temerariis expostulationibus non parum laeserint; ortus dolor et tristitia ex cogitatione calamitatum, quas iidem homines caeco studio abrepti ecclesiae catholicae inflixerint; orta aegritudo non parva propter ingentem innumerabilium Hermesianorum cladem, propter difficultates, quibus inposterum eos, Magistro pessime notato, in obeundis gravissimis muneribus premi atque impediri necesse sit; orta sollicitudo et metus, ne perturbatis plurimorum Catholicorum animis scandala nascantur, et labefactata populi aut iuventutis studiosae fiducia erga doctores maximo numero e disciplina Hermesiana pro-

fectos in ipsius ecclesiae catholicae gremio perniciosissimae discordiae excitentur.

Sedatis commotionibus rediit menti meae deliberandi ac iudicandi facultas. Nihilne Hermesianis, qui sincero animo totisque viribus ecclesiam catholicam tuebantur, post acceptam cladem bonae expectationis relinquitur? an profligato abhinc et desperato animo esse debent? nihilne eis sperare licet a Sanctissimi Patris, cui summa pietate et devotione addicti sunt, probata sapientia, iustitia, providentia? qualis tandem vera et circumspecto iudicio aperta rei conditio est? quid prudentia suadet, ut res, quae iacere videtur, denuo erigatur in salutem ecclesiae catholicae? Haec et similia quum iterum iterumque mecum pervolverem, plurimae inciderunt cogitationes, quae magnum in re afflicta solatium afferrent. Quid impedit, quominus suscipiam id, quod gratissima Praeceptoris egregii memoria admonet, ad quod gravissimae sanctissimaeque rei studium impellit, ut Vobiscum omnibus, qui sparsi per totam Borussiam aliasque Germaniae partes vel auditores ipsius Hermesii fuistis vultumque viri summa reverentia adspexistis, vel discipulis Hermesii praeceptoribus usi estis, vel denique ullo modo ex libris ejus uberrimum fructum percepistis, cogitationes et sensa mea publica litterarum testificatione communicem? Scio equidem Vos eadem cogitare, eadem sentire, eadem sperare mecum; sed amicorum, quales Vos numero omnes, quum communia omnia sint, vel hac una de causa licebit in communi calamitate intimum pectus meum coram Vobis excutere.

Summa litterarum Apostolicarum, quae huius scriptionis ansam dederunt, haec est;

„Praeter eos, qui omnium catholicorum scandalo se perduellibus devoverint, ad amaritudinum Suarum cumulum videre Sanctissimum Patrem in theologicum etiam stadium prodire, qui novitatis cupidine et aestu semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes, magistri existant erroris, quia veritatis discipuli non fuerint; qui peregrinis improbandisque doctrinis sacra inficiant studia, et publicum etiam, si quod teneant, in scholis et academiis magisterium profanare non dubitent, ipsumque, quod tueri se iactent, sacratissimum adulterare dignoscantur Fidei depositum. Atque inter huiusmodi erroris magistros ex constanti et fere communi per Germaniam fama adnumerari Georgium Hermes, utpote qui audacter a regio, quem universa Traditio et ss. Patres in exponendis ac vindicandis Fidei veritatibus straverint, tramite deflectens, quin et superbe contemnens et damnans, tenebrosam ad errorem omnigenum viam moliatur in Dubio positivo tanquam basi omnis theologicae inquisitionis, et in principio, quod statuat, rationem principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem. Sanctissimum Patrem, postquam haec ex plurium Germaniae Theologorum sacrorumque Ecclesiae Pastorum denuntiationibus, reclamationibus et expostulationibus ad Ipsius aures pervenis-

sent, ne credito Sibi Apostolatus officio ac sacrosancti Fidei depositi custodiendi muneri deesset, statim curasse, ut Hermesii opera ad Sanctam Sedem mitterentur examinanda; quod et factum sit. Esse autem sequentia: 1. Introductionem Philosophicam in Theologiam christiano-catholicam. Monast. 1819. 2. Introductionis Positivae Partem I. Monast. 1829. 3. Dogmaticae christiano-catholicae Partem I. Monast. 1834. Hos igitur libros tradi iussisse Sanctissimum Patrem Theologis Germanicae linguae peritissimis omni ex parte diligentissime perscrutandos, qui praecipua ex eisdem notanda loca excerperent, longo etiam, si opus fuisset, orationis tractu, prout sensuum verborumque contextus exigere videretur, eaque in latinum versa accuratis notarent animadversionibus. Quae omnia sedulo et consideratissime illos praestitisse atque cum iam vulgata fama inveniri omnino concordes. Praeterea eadem excerpta loca una cum censoriis memoratorum Theologorum notationibus tradita esse aliis etiam s. Theologiae Magistris ad catholicam trutinam iterum revocanda; et omnes unanimi consensione convenisse: illis in locis contineri doctrinas absonas a catholicarum veritatum principiis, plura reperiri perperam disputata, plura ex ambiguo dicta, plura flexiloqua et obscura ad implicandam et vitiandam catholicorum dogmatum intelligentiam arte et apte concinnata et ut plurimum ex Acatho-

licorum commentis erroribusque congesta. Tandem rem totam ex integro discutiendam et examinandam deferri voluisse Sanctissimum Patrem ad Venerabiles Ipsius Fratres S. R. E. Cardinales, in tota Republica Christiana Inquisitores generales. Hos autem omni studio, prout rei gravitas postularet, cuncta et singula expendentes, post maturam discussionem in Congregatione coram Sanctissimo Patre habita diiudicasse: evanescere autorem in cogitationibus suis, pluraque in dictis operibus contexere absurda et a doctrina Catholicae Ecclesiae aliena; praesertim vero circa naturam fidei et credendorum regulam; circa sacram Scripturam, Traditionem, Revelationem et Ecclesiae Magisterium; circa motiva credibilitatis; circa argumenta, queis existentia Dei adstrui confirmarique consueverit; circa ipsius Dei essentiam, sanctitatem, iustitiam, libertatem eiusque finem in operibus, quae a Theologis vocentur ad extra; nec non circa gratiae necessitatem eiusdemque ac donorum distributionem, retributionem praemiorum et poenarum inflictionem; circa Protoparentum statum, peccatum originale ac hominis lapsi vires; eosdemque libros tanquam continentes doctrinas et propositiones respective falsas, temerarias, captiosas, in Scepticismum et Indifferentismum inducentes, erroneas, scandalosas, in catholicas scholas iniuriosas, Fidei divinae eversivas, haeresin sapien-

tes ac alias ab Ecclesia damnatas, prohibendos et damnandos esse censuisse."

Videtis, Amici, causas damnationis totamque luctuosissimi eventus rationem. Quid expectatis a me, qui Hermesium innocentissimum fidelissimumque Doctorem dixerim? an illud, me vel Theologos illos, quibus haec cura commissa est, ut loca ex Hermesii libris excerpta et in latinum sermonem conversa examinarent, vel Venerabiles Romani Pontificis Fratres, S. R. E. Cardinales, vel ipsum adeo Sanctissimum Patrem accusaturum esse? Absit a me tanta temeritas, quam abesse a Vobis omnibus mihi persuasissimum est. Fateamur potius Sanctissimum Patrem, totius ecclesiae catholicae Caput, cuius potissimum est videre, ut pura atque integra doctrina conservetur, si aliter fecisset, gravissimo muneri divinitus Ipsi imposito defuturum fuisse. Concedamus s. Theologiae Magistros, quos modo ante commemoravi, ea omnia, quae excerpta ab aliis latineque reddita et animadversionibus instructa ipsis proponerentur, verissime iudicasse, idemque de sententia ad postremum lata a S. R. E. Cardinalibus, Eminentissimis Viris, ingenue profiteamur. Quis enim Vestrum est, qui non ea, quae damnare voluit Sanctissimus Pater, reapse condemnanda esse existimet? Id unum agitur, in hoc uno tanquam cardine tota res vertitur, nihilne humani acciderit illis Theologis, qui primi excerpserunt, excerpta in latinum converterunt suisque annotationibus illustrarunt. Quid ergo est? an suspicari licet hosce Theologos parum accurate satisfecisse officio suo? nonne id ipsum, quod Hermesius „ex constanti et fere communi per Germaniam

ma inter erroris magistros numeratur," omnem eiusmodi ıspicionem tollit? Ego vero primum agnoscere talem mam non possum, et certo scio Vos omnes in eadem ecum sententia esse. Respondeant Reverendissimi piscopi, summa doctrina ac morum probitate ornati, ıi satis magno numero in illis Germaniae partibus conitnti sunt, ubi vel ipse Hermesius docuit, vel discipuli schola Hermesiana egressi et Magistri sui vestigiis sistentes Theologiam Dogmaticam aut tradiderunt aut tiamnunc tradunt. Nemo unus illorum Episcoporum ermesio Hermesianisque denegavit unquam orthoıxiae laudem. Quae res, ut certissima est et testimoniis um publicis tum privatis maxime comprobata*), ita

*) Notum est Hermesii opera in lucem prodiisse cum approbatione Ordinariatus, neque id solum, sed etiam in academiis aliisque scholis bene multis usurpari, scientibus et approbantibus Episcopis. Atque his publicis testimoniis adiunguntur alia. *Achterfeldtius,* egregius Hermesii discipulus, s. Theologiae Doctor eiusdemque olim in Lyceo Hosiano Brunsbergensi, nunc in Academia Bonnensi Professor P. O., duos Catechismos edidit, unum maiori, alterum minori forma, ecclesiae catholicae doctrinam fidei et morum continentes: qui libri, cum Hermesii ingenio omnino consentanei, ab Episcopis approbati et magnopere commendati sunt, immo etiam plurimorum Theologorum, qui non sunt Hermesiani, maximam laudem tulerunt. Placet approbationem praefixam Catechismo forma minori adscribere. Est autem haec: „Cum liber, cui titulus: Lehrbuch der christkatholischen Religion von dem Professor der Theologie am Lyceum Hosianum zu Braunsberg, Herrn *Achterfeldt,* nihil contra orthodoxam fidem bonosque mores contineat, imo ob singularem curam, qua elaboratus est, ad perfectiorem cognitionem sacrae doctrinae religionis catholicae utilissimus sit, hinc eundem non tantum, ut typis commendetur, dignum censemus, sed etiam omnibus fidelibus christianis dioceseos Nostrae in sedulum usum enixe commendamus. Dabantur in Residentia Nostra abbatiali Olivae die 31ma mensis Maii 1822. *Josephus ab Hohenzollern,* Episcopus Varmiensis." Atque hic idem Achterfeldtius, quem omnes propter insignem pietatem summopere

gravissima videri nobisque omnibus, qui communi dolore affligimur, permagno solatio esse debet. Quis enim eosdem Episcopos Reverendissimos vel inscitiae in rebus ad fidem catholicam pertinentibus vel negligentiae in administranda provincia eis demandata accusare audebit? et tamen, si Hermesius docuisset, ut uno tantum exemplo utar, aut si discipuli eius docerent, „rationem humanam principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem," quomodo ferre Episcopi potuissent tantum errorem, quo omnis doctrina supernaturalis funditus evertitur, ab Hermesio promulgari? aut quomodo ferre etiamnunc possent ab eiusdem viri discipulis eodem errore capitali infectis plerasque s. Theologiae cathedras per dimidiam fere Germaniam profanari? Itaque ad superiora argumenta, quibus famam illam refelli putamus, aliud

---

venerantur, cuius libros Episcopi commendarunt, neque quisquam unquam vel in levissimam heterodoxiae suspicionem vocare ausus est, non dubitavit Hermesii opera publici iuris facere. Similem habuit commendationem alius liber, ex quo in pluribus gymnasiis religio christiana catholica traditur, ita inscriptus: Religions-Handbuch für die mittleren Klassen katholischer Gymnasien. Von Clem. *Siemers,* Lehrer am Gymnasium zu Münster. Huic igitur libro, primum a. 1831 et paulo post iterum edito Monasterii Guestphalorum, quamvis auctor eius in praefatione Hermesium sibi ducem fuisse affirmet, tamen Episcopi Monasteriensis, Viri perillustris eiusdemque maxima et pietatis et orthodoxiae laude conspicui, haec approbatio praefixa est: „Dass in dem *Religions-Handbuch* etc., von *Cl. Siemers* nichts gegen die christ-katholische Glaubens- und Sittenlehre enthalten ist, und dass dieses Handbuch ein sehr zweckmässiger Leitfaden in den Händen der studirenden Jugend seyn kann, bezeuge ich hiermit. Münster den 28. Juli 1831. *Schmülling.* Exam. Synod. Imprimatur. *Casparus Maximilianus.* Episcopus Monasteriensis."

gravissimum argumentum adiungitur, positum illud quidem in tota agendi ratione, quam Reverendissimi Germaniae septentrionalis Episcopi, Viri ingenio, doctrina, explendorum officiorum studio praestantissimi, et antehac sequebantur et ad hunc usque diem sequuntur. Sed mittamus haec, quae forte exciderunt, quaeque minus ad rem facere videantur — tametsi minime levia sunt — et redeamus ad illos Theologos, qui primi ex Hermesii libris excerpserunt. Absit a me, absit a nobis omnibus, ut eos dicamus in perficiendo negotio, quod commissum erat, fuisse malevolos de industria detorquendo Hermesii dicta in partem peiorem: quamquam illud mihi vix dubium est, quin certis quibusdam praeiudicatis opinionibus implicati fuerint. Verum hoc utcunque se habeat: potuerunt errare in rebus difficilibus, potuerunt principia ab Hermesio posita male intelligere, potuerunt principiis male intellectis multa, quae cum iis coniuncta sunt, perperam interpretari, potuerunt nonnullas propositiones accipere latius aut alio sensu, quam orationis contextus et auctoris consilium ferebat, potuerunt ex singulis locis separatim consideratis aut iusto latius acceptis argumentando et ratiocinando multa paradoxa a mente Hermesii alienissima elicere; uno verbo: potuit idem illis accidere, quod compluribus in Germania hominibus, ceterum doctis atque optimo studio incensis, accidisse scimus omnes, ut veram Hermesii sententiam minime assequerentur, quippe nec Philosophiae Hermesianae vim et naturam penitus comprehendentes, nec modum, quo ab ista Philosophia ad Theologiam Christianam transitus paratur, satis perspectum exploratumque habentes. Quid igitur iudicabimus, si hoc, quod potuisse fieri nemo negabit, reipsa

factum est? Nimirum hoc posito Sanctissimus Pater, etiamsi idonea cautione adhibita, ad veram rationis et doctrinae Hermesianae notitiam nullo modo pervenit. Id si est, certe etiam damnare non potuit in Hermesio, quae Hermesii non sunt. Quapropter ad purgandum Hermesium Hermesianosque Magistri normam et doctrinam sequentes id unum sufficiet, demonstrare in illius libris bene intellectis non inesse sententias illas, quas damnare voluit Sanctissimus Pater, quasque ut alienas a fide catholica damnandas esse lubenter concedimus. Quid? si praeterea demonstrari potest Hermesium in libris suis disertissime et constantissime docere ea, quae ab aliis viris prope *iisdem* verbis proposita Sanctissimus Pater non modo approbavit, sed etiam laudavit? Profecto ita Hermesius non solum purgatus erit ab omni perversitate, sed etiam propter eximium suum in rebus salutaribus studium iisdem laudibus afficiendus est, quibus illi affecti sunt. An putabimus Sanctissimum Patrem in tantam incidere inconstantiam posse, ut, quae in aliis approbaverit atque laudaverit, eadem in Hermesio approbatione ac laudibus indigna esse censeat? O miram veritatis vim, quae erigere animos etiam in rebus afflictis et incredibili perfundere solatio queat! Mihi certe, quum ea recogito, quae sexcenties ex Hermesio cum in publicis auditoriis tum privatim audivi, quaeque in libris eius sine ulla verborum ambiguitate enuntiata reperiuntur, magna animi tranquillitas redit, magna spes et fiducia excitatur, fore, ut tristissimus casus et detrimentum ecclesiae catholicae minitans Deo iuvante in bonum vertat. Vos omnes, quibus eadem persuasio inhaeret, ex recolenda Hermesii doctrina ean-

dem poteritis consolationem, spem, fiduciam percipere. Agite igitur, ne vanis vociferationibus uti nosque ipsos fallere videamur, diligenter inquiramus: eane cadant in Hermesium, quae in Hermesio damnata sunt, et veras eximii Doctoris sententias, pertinentes illas quidem ad ea capita, quae in litteris Apostolicis commemorantur, sedulo religioseque perlustremus.

Clamabunt nonnulli: quanta audacia! quanta temeritas! quanta in Sanctissimum Patrem impietas! Mihi vero de his, qui tales illico clamores excitant, posse idem dici videtur, quod Muratorius ait in aureo opere illo de Ingeniorum Moderatione lib. I. cap. 13: „Fateor, laudanda est horum proba voluntas, sed non est dissimulanda aliqua in iis interdum scientiae et prudentiae inopia. Videlicet nimium suspiciosi et morosi sunt, et illic interdum timore trepidant, ubi non est timor. Atque utinam tantum Ecclesiae sanctae prodessent, quantum nocere possunt huiusmodi clamoribus, minis atque tragoediis.“ Nihil nos moliemur adversus ecclesiam catholicam, nihil adversus ecclesiae catholicae Caput; longissime abest mens nostra a tanta temeritate. Omnino, quid sentiamus, aperte et sine ulla vel simulatione vel dissimulatione profitebimur; (id enim Jesu Christo, divino Salvatori, id Supremo eius Vicario et Episcopis, id toti ecclesiae catholicae debemus:) at haec ipsa professio, omnium Hermesianorum communis, eiusmodi erit, ut Sanctissimo Patri solatium afferat, tollatque partem aliquam earum sollicitudinum, quibus paternum eius animum non sine causa premi videmus his turbulentis temporibus, paci civium, religioni, ecclesiae Dei infestissimis. Agnoscet Sanctissimus Pater, et lae-

tus agnoscet, nos esse filios Ipsius fideles, doctrinae christianae et catholicae penitus addictos, novandarum rerum minime studiosos. Nec vero illud reprehendendum est, quod longe diversam ab ea, quam alii obtulerunt, Hermesii imaginem adumbrare instituemus; nam Sanctissimus Pater si nostra opera, non immodeste aut arroganter sed viriliter tamen perficienda, eo adductus fuerit, ut nostram illius Doctoris imaginem intelligat veram et genuinam esse, haudquaquam id aegre feret, sed laetabitur potius, faciliusque de Hermesii discipulorum studiis spem bonam concipiet.

„Hermesius semper discit et nunquam ad veritatis scientiam pervenit; audacter a regio, quem universa Traditio et ss. Patres in exponendis et vindicandis fidei veritatibus straverunt, tramite deflectens, quin et superbe contemnens et damnans, tenebrosam ad errorem omnigenum viam molitur in Dubio positivo tanquam basi omnis theologicae inquisitionis, et in principio, quod statuit, rationem principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem; idem doctrinas proponit absonas a catholicarum veritatum principiis; plura contexit absurda et a doctrina ecclesiae catholicae aliena, praesertim vero circa naturam fidei et credendorum regulam, circa motiva credibilitatis; libri eius continent doctrinas et propositiones captiosas, in Scepticismum et Indifferentismum inducentes.“

Complectenda haec sunt, quum ita inter se cohaereant, ut unum ab altero separari non possit. Eadem quum capitalia sint et cetera fere omnia procreasse videantur; non abs re futurum esse iudicavimus, si haec ipsa, quae statim largissimam disserendi materiam praebent, hac Prima Epistola diligentius pertractaremus, cetera in aliam opportunitatem reiicientes.

CAPUT I.

Quid de Hermesio iudicandum esset, si recte se haberent accusatorum placita. Infringuntur haec placita argumentis quibusdum generalibus extrinsecus petitis.

Mala arbor malos fructus facit, nec potest arbor mala bonos fructus facere.

Matth. 7, 17—18.

Si vera et explorata essent, quae de fundamentis ab Hermesio positis deque tota Hermesianae doctrinae ratione ad Sanctissimum Patrem detulerunt locisque excerptis comprobare voluerunt; nihil operae perderem, sed continuo et aperte profiterer vel hoc uno nomine ut depravatorem doctrinae christianae catholicae, ut inimicum fidei divinae, ut pessimum iuventutis corruptorem rectissime damnatum esse Hermesium: quippe qui simulasset se tradere doctrinam christianam catholicam, cuius fundamenta penitus everteret; qui tueri se fidem divinam iactasset, quam neque ipse haberet in pectore et in aliis radicitus tolleret; qui denique se ducem professus fuisset studiosae iuventuti ad perfectiorem supernaturalium rerum scientiam, quam reapse nullam esse ex principiis suis non posset non intelligere sibique persuasum habere. At quomodo, quaeso, fieri potuit, ut tantam in Hermesio fallaciam tamque captiosum inquirendi et disputandi genus soli delatores viderent, Reverendissimi Episcopi, quorum sub oculis Hermesius docuit, non viderent? Et nonne hoc magis etiam mirum est, quod innumerabiles discipuli, quamvis afferrent

fidem catholicam, tamen ne levissima quidem illius perversitatis vestigia deprehenderunt, immo etiam audientes Hermesium atque ex ore praestantissimi Doctoris pendentes mirifice in fide catholica confirmati sunt? Testabuntur omnes neminem unquam vixisse virum candidiorem magisque remotum ab omni fallacia, simulatione et captioso disputandi genere; testabuntur omnes Hermesium, si eo modo, quo visum est delatoribus illis, de fide supernaturali et catholica sensisset, confestim ex gravissimo s. Theologiae docendae munere non coactum sed sua sponte et sanctissimi officii adductum conscientia decessurum fuisse. An fortasse tantus discipulorum numerus, qui per magnam Germaniae partem sive sacris curandis praefecti sunt, sive in scholis et academiis docendi provinciam suscepere, sive alias vitae rationes tenent, in eundem illum, qui Hermesii esse a quibusdam dicitur, Scepticismum inciderunt? easdem illas opiniones a fide catholica absonas imbiberunt? eadem in erudiendo populo et iuventute fallacia et simulatione ad exemplum Magistri utuntur? Id si est, alterutrum necesse est: aut nihil vident Reverendissimi Episcopi, suoque munere negligentissime funguntur; aut ipsi similibus opinionum erroribus implicati sunt. Quid igitur impediret, si res sese ita haberet, quominus evulsa e cordibus nostris et extirpata fide catholica desereremus etiam societatem Catholicorum, rescissisque omnibus vinculis, quibus iuncti cum Romano Pontifice tenemur, ad aliam fidei confessionem migraremus; praesertim quum ad talem mutationem ipsius conscientiae vox et officii praeceptum nos impellere deberet? Quamquam quid loquor de praesenti aut instanti tempore? iam dudum equidem, si tot tamque cordati discipuli e

schola Hermesiana vel pestiferum illum Scepticismum vel ceteras opiniones fidei catholicae principiis omnino contrarias imbibissent, iam dudum, inquam, in Germania septentrionali plurimorum hominum divulsio a Sede Apostolica Romana evitari nullo modo potuisset. At enimvero quod hucusque factum non est, id in posterum non eveniet, neque talis eventus futuri vel cogitationem ullam suscipere possunt, qui veram Hermesii doctrinam aliquanto diligentius inspexerunt.

CAPUT II.

Memorabile testimonium, quod Hermesius de se ipse dedit.

Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis.

Proverb. 14, 5.

„Semper discere Hermesium, nunquam ad veritatis scientiam pervenire" detulerunt ad Sanctissimum Patrem. Omnino Hermesius, ut indies mentem suam magis magisque divina sapientia augeret, ut indies ad vindicandam fidem catholicam et contra omnes aetatis impetus tuendam paratior fieret, diu noctuque laboravit, eaque omnia, quae a multis summa habentur, pro nihilo putavit. Sanctissimus Pater, Ipse incensus studio apostolico atque hoc studium suum vel ipsis litteris suis declarans, si simile in Hermesio studium, ab omni inanis gloriolae cupiditate remotum, ex incredibili quadam officii aestimatione atque ex intimo Jesu Christi amore

ıens cognovisset, haud dubie summis laudibus exıdum iudicasset. Nunquamne se liberavit Hermee laqueis Scepticismi? nunquamne eo venit, ut de ıte supernaturali atque divina per Jesum Christum ıibus patefacta certus fieret? Ita vero non solum ne miserandus homo fuit, sed etiam turpissimus, ex fraude et mendacio conflatus. Revocemus in ›riam, quae leguntur in Praefatione ad Introductio- Philosophicam pag. XI. Postquam enim se adontem in maximas de Deo, de vita aeterna, de reione divina dubitationes incidisse sincero animo et biliter professus est, totamque enarravit rationem orum suorum, quae eo dirigebantur, ut vacuus fiedubitationibus omnem animi tranquillitatem eripius, haec verba adiungit: „Perveni itaque — gratiae tur Deo meo, quem inveni! — ad eam persuasionem, ı ardentissime optabam et quaerebam: persuasum o esse Deum; persuasum habeo me semper futuet victurum esse; persuasum habeo christianam inam a Deo patefactam et catholicam doctrinam christianam esse. Propterea etiam toto pectore to — et quis essem, si non exoptarem? —, ut s homines eandem persuasionem suscipiant, ut eafide eademque spe mecum uniantur in uno Deo et in atholica ecclesia filii Dei, Domini nostri Jesu Christi. ıquam autem hoc meum optatum ex intimo corde laetitiaque mens mea exultat istiusmodi coniunctioomnium cogitans: tamen in eo, qui nunc est, hujus ınctionis defectu longe abest a me omnis intoleranlversus aliter sentientes, praesertim talis intoleranqualem contra Catholicos et hoc et superiore anno multi Protestantium, quum festum saeculare factam-

que eo tempore unionem inter Lutheranos et Calvinistas celebrarent, et ore et scriptis praedicaverunt, qualem Boysenius, Consiliarius ecclesiasticus — ut uno tantum exemplo utar — in 95 antithesibus (adversus Harmsium editis) non uno loco declaravit, veluti in antithesi 3: „„„Cessans reformatio reducit ad Papismum, qui christianae religioni omnino repugnat.““ (Per Papismum hoc loco sane intelligit Catholicismum). Et in antithesi 22: „„„Redeant igitur, tu quidem istud exoptas, tempora superstitionis; redeat Catholicismus, cum eoque Paganismus.““ Item in antithesi 92: „„„Non equidem damnamus ecclesiam catholicam, quae toleratur a Deo, sed pro evangelica minime eam habere possumus, propterea quod non Jesu Christi sed Papae auctoritate et doctrina nititur. Et quis laude eam afficiat, quum falsis et ad lubidinem electis artibus non erudiat mentem suorum, sed abducat a veritate et a vero probitatis virtutisque studio.““ Talis igitur intolerantia, addere etiam licet: talis ignorantia systematum, quibus addictae sunt aliae confessiones christianae, in me non deprehendetur. Nunquam ego, me ipsum scilicet abiecturus, conviciis utar, ab hisque rei ad defendendum susceptae victoriam expectabo.“ Quid? si Hermesius principia sequutus esset tam absona a Catholicorum principiis, si humanam rationem docuisset esse principem normam ac unicum medium, quo homo assequi posset supernaturalium veritatum cognitionem, si regium illum, quem universa Traditio et ss. Patres straverunt, tramitem deseruisset, immo etiam superbe contempsisset et damnasset, si sacratissimum Fidei depositum turpiter adulterasset, et incredibili quadam temeritate nihil fere integrum reliquisset eorum, quae a Catholicis sanctissima

habentur: nonne Boysenium propter convicia in ecclesiam catholicam iacta tam acriter reprehendens in se ipsum virgam censoriam exercuisset, omniumque se vel contemptui vel ludibrio exposuisset? aut si Hermesius per totum vitae suae spatium non pervenisset ad firmam de veritate fidei christianae et catholicae certitudinem: nonne et illud testimonium et similia, quae colligi multa possunt, pro fraudulentissimis habenda essent? At enimvero, qui Hermesium vel paululum noverunt, affirmabunt omnes unanimi consensu aut nullius hominis testimonio credendum aut testibus fide dignissimis illum annumerandum esse. Sed luculentius etiam quam singula huiusmodi effata totum ingenium ex Hermesio spirans declarat, quam firmiter crediderit ad genus humanum e servitute peccati liberandum a Jesu Christo, filio Dei, modo supernaturali patefactam esse doctrinam salutarem, eamque in sola ecclesia catholica omnino puram atque integram conservari.

CAPUT III.

Quid omnino significet fides et fidere. Multiplices fidei formae, si spectatur ad fontem, ad modum, ad praestantiam. Cavendum a fide temera, videndumque ut omnis fides, etiam positiva, sit rationi consentanea. Quid inquirendum sit, ubi quaeritur de fide adhibenda doctrinae, quae se divinitus traditam profitetur.

> Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam pseudoprophetae exierunt in mundum.
> *Joh. I. Epist.* 4, 1.

An fortasse Hermesio id accidit, ut facta dissimillimarum rerum permutatione aut per inscitiam aut per fallaciam et simulationem ipse afficeret aliquid nomine fidei christianae, quod toto coelo diversum est? nam „absurda et a doctrina ecclesiae catholicae aliena contexere dicitur circa naturam fidei et credendorum regulam itemque circa motiva credibilitatis.“ Quae quidem ut gravissima sunt et vere capitalia in s. Theologiae Doctore; ita, quid senserit de his omnibus Hermesius, et diligentissime exquirendum et clarissimis verbis enuntiandum est.

Primum quum multiplex fides sit et late pateat, rectissime Hermesius distinguit inter totum genus, quod unum semper idemque est, et singulas eius formas. Toti generi quae subiecta significatio sit, tam est in promptu, ut miraremur profecto, si Hermesii aciem effugisset. Nam fidere seu fidem habere in universum dicitur is, qui

credit, qui omnino assentitur, cui aliquid certum atque persuasum est, qui ita est animo affectus, ut non dubius sit, hoc est, non fluctuet inter duo huc illuc, sed ut constet ei de re aliqua remotis atque exclusis dubitationibus. Plane ita Hermesius, non solum ubi disertam fidei universae definitionem proponit, ut in Introduct. Philos. §. 44, sed etiam aliis locis innumeris, ubi eodem vocabulo utitur ferente orationis contextu. An dicamus nullum esse hoc fidei genus? aut pauciora, quam par est, complecti? At nemo unquam negavit multiplicem fidei speciem sive formam esse, idque ipsum et in sacris litteris saepe expressum est, et in Catechismo Romano (P. I. cap. 1) aperte confessum habemus. Necesse est igitur, ut in his singulis formis aliquid commune sit, quo totum genus non fictitium, sed verum et reale constituatur. Quid autem ét quale sit istud commune, si illud non est, quod supra dixi ex Hermesii sententia, plane fateor me ignorare. Praeclare in hanc rem Catechismus Romanus: „Fides quamquam late pateat et magnitudine ac dignitate differat; tamen est idem genere, et diversis fidei gradibus (itemque diversis fidei formis) eadem definitionis vis et ratio convenit."

Sed totum genus illud multifariam distribuitur et diversas formas habet, quas Hermesius partim diserte explicat, partim ut notas omnibus sumit et data opportunitate commemorat, ita tamen, ut propria verborum vis et vera auctoris sententia non facile quemquam latere possit.

Nam si ad fontem spectamus, fides est aut philosophica aut positiva. Philosophicae haec vis et natura est, ut ex sola eius, qui fidem habet, ratione

petatur et in sola rationis auctoritate nitatur; positiva pendet ex testimonio alterius et ex ipsius testis auctoritate. Posterior rursus duplex est: aut mere historica sive historica sensu strictiori, quae adhibetur testimonio humano, aut supernaturalis sive divina (Offenbarungsglaube), quae adhibetur effatis divinis. Ex his iam satis apparet, quid Hermesius et dicat et dicere debeat fidem divinam, neque ullus hic dubiae notationi locus relinquitur. Nam si fides in universum est firma persuasio vel assensio excludens dubitationes, certe fides divina non potest alia esse nisi ea, qua efficitur, ut firmiter nobis persuasum sit de iis omnibus, quae Deus nobiscum communicavit et auctoritate sua comprobavit. Eadem dicitur christiana et catholica, quum sine ulla haesitatione amplectimur et credimus omnia, quae Jesus Christus, legatus et filius Dei, vir approbatus a Deo in hominibus virtutibus et prodigiis et signis, nobis tradidit, quaeque ut tradita a Jesu Christo ecclesia catholica nobis ad credendum proponit. Hanc significationem Hermesius, ubicunque de fide divina, christiana et catholica loquitur, constantissime tenet, neque vel unicus locus ex eius libris afferri poterit, ubi aliam videatur notationem inducere. Plane igitur consentit cum omnibus Theologis, plane consentit cum Catechismo Romano, qui fidem illam perspicue his verbis definit: esse talem, „cuius vi omnino assentiamur iis, quae tradita sint divinitus," et rursus: „cuius virtus efficiat, ut id ratum habeamus, quod a Deo traditum esse sanctissimae matris ecclesiae auctoritas comprobarit; nullam enim fidelibus posse accidere dubitationem in iis, quorum Deus auctor sit, qui sit ipsa veritas."

Praeterea si modus respicitur, quo fides inhaereat menti nostrae, vel physice necessaria est vel physice non necessaria. Posterior significat assensionem, quae suscipitur intercedente libera voluntate. Atque haec forma profecto etiam cadit in fidem divinam, christianam et catholicam: quis enim hanc dixerit physice necessariam esse? Si esset, certe etiam Scribae et Pharisaei credidissent, qui sanctissimam Jesu Christi vitam ante oculos habebant, qui praestantissimam doctrinam ab eo traditam et testimonium de ipsius natura datum audiebant, qui signa et miracula intuebantur patrata ab eo non ad ostentationem, sed ut miseris atque afflictis hominibus levationem afferret. Numquid igitur hanc fidem christianam, propterea quod suscipi non potest nisi intercedente libera voluntatis actione, dicemus temeram aut caecam esse, eumque, qui suscipiat, non posse certo argumento et idonea causa moveri ad assentiendum? Immo vero tantum abest, ut istud concedi ullo modo debeat, ut plane contrarium et sentiatur ab homine indocto, qui puram atque integram mentem habet, et ad strictam scientiae amussim demonstrari possit. Qua de re quid sentiat Hermesius, postea disseretur, ubi de alia fidei distributione exposuerimus.

Nam si quaeritur de fidei dignitate et praestantia, rursus duplex forma existit: vel enim rationi consentanea fides est vel rationi non consentanea*). Et priorem quidem formam Hermesius in omni

*) Plane hoc modo latine reddendum est, quod ab Hermesio dicitur vernünftiger et unvernünftiger Glaube. Nam vocabula vernünftig et unvernünftig semper apud Germanos idem significant, quod vernunftgemäss (rationi con-

fide requirit, etiam in positiva et in ea quae suscipiatur intercedente libera voluntate. Quod ipsum quoniam videtur mirifice offendisse nonnullos — tametsi nihil pro-

---

sentaneum) et nicht vernunftgemäss (rationi non consentaneum); quare saepissime Hermesius etiam his alteris vocibus utitur. Atque haec propria et constans significatio magis etiam elucet, ubi loquutiones vernünftiger et unvernünftiger Glaube coniunctae reperiuntur et inter sese oppositae. Fortasse accusatores, quod ab Hermesio dicitur vernünftiger Glaube, ita latine reddiderunt, ut dixerint fides rationalis: quae loquutio Latina valde ambigua est, quum in Germanica nihil prorsus ambiguitatis insit. Nam Latinum illud primum eo modo accipi potest, ut nihil aliud significet nisi fidem rationi consentaneam: quanquam ego eiusmodi fidem non tam rationalem dixerim, quam rationabilem. Deinde eadem loquutio ita intelligi potest, ut significet fidem mere philosophicam sive eam, quae fontem habet rationem κατ' ἐξοχήν, id est, solam rationem. Sed hac significatione, quae vel unica est vel certe usitatissima, minime eandem vim habet cum eo, quod apud Germanos dicitur vernünftiger Glaube (fides rationi consentanea). Nam a Germanis fides, quatenus sola ratio eius fons est, interdum quidem vocatur Vernunft-Glaube, et luculentius etiam reiner Vernunft-Glaube (fides rationis, merae rationis, ex mera ratione hausta), nunquam autem vocatur vernünftiger Glaube. Posterior formula nullo modo respicit fontem fidei et causam ad credendum moventem, sed nihil nisi consensum cum ratione, ita ut fons et motivum fidei rationi consentaneae tum rursus in sola credentis ratione, tum vero etiam in auctoritate externa positum esse possit. Hermesius pro singulari sua in vocabulorum usu religione nuspiam, quod sciam, confudit loquutiones vernünftiger et Vernunft-Glaube: accusatores si forte inciderunt in istam confusionem, atque id, quod Hermesio dicitur vernünftiger Glaube, latine interpretati sunt per voces fidei rationalis, tum has ipsas voces ita restrinxerunt, ut de fide mere philosophica intelligerent: omnino Hermesium, si iusti esse volemus, culpa vacuum iudicabimus. — Probe autem, quae hic exposui de vocabulorum significatione diversissima, memoriae imprimenda et in promptu habenda sunt, ut intelligatur, quomodo Sanctissimus Pater ad damnandos Hermesii libros adduci potuerit.

fecto inest, quod iure offendat—; apertissimis, quibus possumus, verbis enuntiabimus, et quid intelligi velit Hermesius per utramque formam illam, et quid necessarium esse doceat ad fidem rationi consentaneam, praesertim in rebus theologicis.

Fidem rationi non consentaneam Hermesius eam dicit, quae vel omnino pugnat cum ratione, vel saltem eiusmodi est, ut non secundum rectam rationem suscipiatur. Huc pertinet omne superstitionis genus, huc item fides prorsus temera et caeca. Est autem diligentissime cavendum, ne in talem fidem incidamus. Nam ratio, quamvis debilitata sit, tamen sua natura non ad errorem composita, sed ab ipso Deo generi humano tributa est tanquam unica dux naturalis ad veritatem cognoscendam. Ex quo efficitur, ut is, qui pugnantia cum ratione, nescio quo modo, amplectitur, itemque is, qui temere credit aut pravis quibusdam animi inclinationibus cupiditatibusque moveri se patitur ad assensionem adhibendam, a ratione et ab ipso Deo rationis nostrae Auctore deficiat, eamque ob causam pessimis implicetur erroribus, quos evitare pro viribus nostris lege interiori sanctissima iubemur. Fugienda est levitas ista, quae sive ex torpore sive ex alia quadam perversa animi affectione proficiscens aut contra rationem aut saltem absque rationis ductu ad credendum aggreditur. Quae contra rationem sunt, ne possunt quidem esse vera, ideoque etiam a Deo, quippe summa intelligentia praedito et verissimo, non possunt ad credendum proponi. Fides autem temere, id est absque ullo rationis ductu, suscepta quamvis forte fortuna possit obiective vera esse, tamen omni certitudinis nota caret: ut is, qui temere assentitur, actionesque suas ad talem assen

sionem componit, nunquam sibi provideat ab errore, proinde semper violet legem illam sanctissimam, tantamque in reprehensionem incurrat, quantum sibi providendi facultatis habuit. Probe tenendum illud, quod ex Epist. Joh. praefixum huic capiti est; itemque id, quod legitur Eccles. 19, 4: „Qui credit cito, levis corde est, et minorabiur." Atque haec quidem de fide rationi non consentanea Hermesius.

Quid de fide rationi consentanea? Referimus autem, ne iusto longius excurrat oratio, totam hanc quaestionem ad fidem adhibendam doctrinae, quae se divinitus traditam profitetur atque hoc ipso nomine assensionem postulat. — Quemadmodum temere assentiri non licet, ita non minus perversum est eiusmodi doctrinam temere reiicere ut fictam et mere commenticiam. Nam si mentis nostrae infirmitatem, si voluntatis propensionem ad inhonesta, si concupiscentiae vim, si peccata, quibus contaminamur omnes, sincero animo perpendimus: nonne ipsa ratio nobis ingenerata sentit et clamat nihil posse optabilius esse, nihil magis necessarium, quam ut Deus sua doctrina, suis praeceptis succurrat generi humano ad spem eius erigendam, ad salutem eius procurandam*)? Certe igitur maximopere reprehendendus est homo superbus, dicens in corde suo: ridiculum est et pusilli ingenii quaerere de doctrina divinitus patefacta; certe incredulitas, hoc est pertinacia animi, quae ex superbia aut ex alio quodam pestifero fonte manans temere reiicit omne id, quod vel oculis cerni non potest vel propriae mentis perspicientiam excedit, legi interiori sanctissimae et rationi ipsi non mi-

---

*) Confer Hermesii Introduct. Philosoph. §. 72 et §. 79.

us adversatur, quam levitas illa, de qua paulo ante :positum est. Sed inter duo extrema, quae aeque a ecto dissident*), tertium in medio positum esse appa-t. Nimirum, an credibilis sit doctrina, quae se vinitus traditam nobisque salutarem et necessariam ofitetur, humili ac simplici corde et sincero ›ri studio circumspiciendum et diiudican-ım est**). Quo quidem in genere quoniam illud ante mnia quaeritur, an doctrina ad credendum proposita ›apse a Deo tradita sit; necesse est esse certos ıaracteres (notas), eosque tum in ipsius doctrinae opositae natura tum in aliis quibuscunque rebus ad-nctis, veluti in signis ac prodigiis, positos, ex quibus ıtio nostra diiudicare possit, utrum id ipsum, uod se divinitus traditum profitetur, tale gnoscendum sit, an minus***). Haec via est,

*) Ibid. § 44. Pariter Muratorius de Ingen. Moder. lib. I. cap. 2: „Tam peccant, inquit, aut miseri sunt, qui nimium dubitationi se tradunt, quam qui nimis facile credunt."

**) Omnino necessaria est talis animi humilitas, simplicitas et sinceritas, quibus qui carent virtutibus, ne desiderium quidem altioris luminis suscipere poterunt. Sed illae virtutes ut oriantur et radices agant, plurimum proficiet accurata nostri ipsorum nostraeque infirmitatis cognitio. Praeclara etiam in hanc rem Muratorii verba sunt, quae reperiuntur de Ingen. Moder. lib. I. cap. 6: „Nos noscere ante omnia nosmet ipsos ab ipsis quoque saeculi sapientibus iubemur. Neque sane ullus ad veri Dei cognitionem atque amorem sperandus est progressus, nisi prius praecesserit imbecillitatis nostrae cognitio; et nisi humilitas, ab ipso Deo in nos descendens, nos ad ipsum convertat, animumque superbientem castigans efficiat idoneum ad maiora e coelo dona aut excipienda aut impetranda."

***) Dixi cum Hermesio: ex quibus ratio nostra diiudicare possit; omnino enim diiudicatio huius quaestionis, quae pertinet ad factum, tribuenda est rationi. Per se lucet non posse quemquam sine petitione principii ad auctoritatem divinam ut

quam Hermesius, non primus sane sed praestantissimorum Theologorum vestigiis insistens, monente conscientia ingrediendam existimat et ab indoctis hominibus et a doctis: ab indoctis eo modo, ut simplici cordis sequantur insitnm quendam recti sensum, qui revera non differt a sana mente seu ratione, et propterea certus dux est; a doctis eo modo, ut pari cordis simplicitate ex eiusdem rationis principiis clarius perceptis de divina propositae doctrinae origine diligenter inquirant et recte diiudicent. Videamus nunc, quomodo indicatam viam Hermesius prosequatur.

---

motivum credibilitatis provocare, ubi id ipsum in quaestione est, an doctrina ad credendum proposita reapse a Deo tradita sit. Auctoritas divina, si quidem haec notio proprie et vere intelligatur, ut motivum credibilitatis, hoc est ut causa, qua movemur, ut singula quaeque dogmata a Deo nobiscum communicata sine ulla haesitatione credamus, tum demum intercedere et potest et debet, postquam de divina origine totius doctrinae propositae, hoc est de **facto** revelationis divinae, constat nobisque persuasum est. Necesse est igitur, ut **huiusce facti** veritatem homines per **rationem** suam, ex argumentis tamen non internis, id est ex sola ratione haustis, sed extrinsecus oblatis sive ex characteribus cum doctrina ad credendum proposita coniunctis, certo cognoscere certoque credere possint, (quamquam hoc ipso, ut infra accuratius videbimus, minime excluditur, ad talem cognitionem fidemque sibi comparandam indigere homines auxilio divino). Qui contra statuunt, omnem viam ad altiorem scientiam recte perveniendi praecludunt. In hoc vitium praeter alios incidit **Bautaenius**, Abbas Francogallicus, propterea ab Episcopo Argentoratensi, Viro Reverendissimo et Doctissimo, summo iure damnatus. Equidem sic dici potest: notae seu characteres divinitatis cum doctrina aliqua coniuncti nos movent, ut credamus **factum** revelationis divinae: at hos **ipsos characteres**, ex quibus altior doctrinae **origo** demum intelligitur, qui confundit cum **auctoritate divina** (eo sensu, quo supra diximus), parum acutus est, et necessario pessimum illud petitionis principii vitium committit. Plura de hoc discrimine minime negligendo dicemus infra.

CAPUT IV.

Criterium originis non divinae. Minime statim reiicere licet doctrinam, si nonnulla aut multa continet, quae supra rationem sunt. Quomodo interna praestantia doctrinae ad credendum propositae aestimari debeat.

> Statuendus itaque videtur hic ordo. Primo quaerendum, an rectae rationi adversetur religio, quam quisque amplexus est. Si adversatur, plane de ipsius veritate non solum dubitandum est, sed in ipsam protinus dicenda sententia. Si nequaquam repugnat, quaerendum secundo est, num a Deo processerit, an vero ab hominibus tantum, hoc est, utrum divina, an humana auctoritate inducta sit illa religio.
>
> *Muratorius de Ingen. Moder. lib. I, cap. 3.*

Primum si doctrina ad credendum proposita contineret aliquid rationi nostrae sive theoreticae sive morali plane contrarium; hoc ipsum documento foret non posse eam divinitus traditam esse, falsoque affirmari originem supernaturalem divinam. Nam Deus, Summa Ratio nostraeque Auctor rationis idemque verissimus, non potest secum ipse pugnare, ideoque etiam poscere nullo modo potest, ut credamus, quod pugnet cum nostra ratione sive theoretica sive morali*).

---

*) Hermesius per has voces idem significat, quod D. Thomas Aquinas, profundissimi ingenii Vir, saepissime nominat intellectum speculativum et practicum, atque hoc modo definit (Prim. P. Summae Theol. qu. 79 Art. 11): „Intellectus speculativus est, qui, quod apprehendit, non ordinat ad opus, sed ad solam veritatis considerationem: practicus vero intellectus dicitur, qui hoc, quod apprehendit, ordinat ad opus. Et hoc

Habemus **criterium falsitatis**, id est hoc loco certam **notam originis non divinae**. Quamobrem ut **possit** doctrina quaedam pro divinitus tradita haberi, omnino requiritur haec conditio negativa: **ut nequid contineat rationi nostrae contrarium**.

Etiamne hoc requiritur: **ut ne quid contineat, quod rationem humanam superet?** id est, quod ex solius rationis nostrae principiis demonstrari non possit, aut mentis nostrae perspicientiam et comprehensionem excedat? Minime omnium. Nam ratio nostra quum

---

est, quod Philosophus (Aristoteles) dicit in 3. de Anima, quod speculativus differt a practico, **fine**." Hanc differentiam qui tollunt, res diversissimas miscent, ipsamque Philosophiam tollunt. Ratio nostra ex naturae suae a Deo ipsi ingeneratae impulsu non id unum agit, ut ad veri scientiam perveniat, neque in hoc uno subsistit, sed ex eadem natura sua etiam eo pergit ut secundum praeviam scientiam iubeat, imperet, morum praecepta proponat. Itaque non solum ut facultatem et vim **theoreticam** sese declarat, sed etiam ut **imperatricem s. moralem**, cuius praecepta diriguntur ad **voluntatem** eamque **obligant**, hoc est voluntati, quae ipsa libero arbitrio gaudet **necessitatem moralem** appetendi (volendi) et agendi imponunt. Idem D. Thomas his verbis exprimit l. c.: „Intellectus practicus est motivum non quasi exequens motum (sc. voluntatis), sed quasi dirigens ad motum." Proinde una eademque ratio nostra duplici modo agit ex naturae suae impulsu. Habet autem naturam suam a Deo, qui Summa Ratio et sanctissimus est. Ex quo efficitur, ut id, quod nostra ratio tanquam **naturalis** dux humano generi a Deo tradita certo cognoscit **ut verum**, vel praecipit **ut bonum et honestum**, hoc est **ut verum et rectum sensu morali** aestimat, habendum sit pro **revelatione divina**, et quidem **naturali**. Per se autem evidens est, huic **naturali** revelationi **divinae** non posse aliam repugnare **supernaturalem**, nisi Deum secum ipso pugnantem faciamus. — Pariter supernaturalis revelatio divina **posterior** non potest alteri **priori** contraria esse eamque tollere. — Cf. Hermesii Introduct. Philosoph. §. 79 pag. 538 (ex edit. 2da) et §. 85 sub num. 4 et saepe alibi.

arctis limitibus circumscripta sit, et vel in iis, quae ad forum ipsius pertinent, facile labatur; certe ea, quae superant rationem, tantum abest ut eam ob causam pugnantia videri debeant, ut etiam vel maxime vera et cognitu dignissima esse possint*). Quis homo, qui vel paullulum se ipsum novit, tanta audacia erit tantaque temeritate, ut vel aequiparet se Deo, vel neget plurimarum rerum, ad quas pertingere ratio nostra suis viribus frustra conatur, notitiam et sibi et toti generi humano utilissimam esse? Indiget, et maxime indiget genus humanum, quod defecit a Deo, altiori lumine, ut addiscat redemptionem esse e peccatis veniamque posse a Deo impetrari, ut denuo ad firmam aeternae salutis adipiscendae spem erigatur, ut voluntas tam proclivis ad sensuum voluptates novum robur accipiat ad resistendum pravis cupiditatibus, ad vitam eiusmodi agendam, quae sit pura, casta, Deo probata et digna praemio beatitudinis spiritualis ex intima cum Deo

*) Saepe inimici doctrinae christianae, confundentes illas notiones inter sese diversissimas, videbantur sibi rationi nostrae contraria, nescio quam multa, deprehendisse, et propterea doctrinam a Jesu Christo propositam irridebant. Alii, qui item arbitrabantur non potuisse Jesum hominibus patefacere dogmata rationem humanam superantia, inciderunt in perversum Gnosticismum, qui etiam nostra aetate magnopere viget. Nomine quidem servant doctrinam christianam, reipsa tollunt, quippe hoc molientes totis viribus, ut mysteria quaeque eiiciant, in mythorum numerum referant, contorta interpretatione humanis notionibus includant, hoc est, in meram philosophiam convertant. Ab hoc puro puto Rationalismo, cuius fons est vel magna ingenii confusio vel peior etiam animi affectio vel utrumque, Hermesium semper alienissimum fuisse scimus omnes et postea luculentissimis locis demonstrabitur. Idem tamen sibi providit, ne in contrarium vitium incurreret, quemadmodum Bautaenius et alii multi, qui, quum nihil omnino rationi nostrae tribuant, ex ipso homine hominem eripiunt.

coniunctione in perpetuum capiendae. Nonne igitur, si nosmet ipsos novimus rectique sensum habemus, a peculiari quadam et supernaturali revelatione divina hoc ipsum summo iure expectabimus, partim ut multa ad religionem moresque spectantia, quae etiam ad forum rationis nostrae pertinent, illustret, constituat, auctoritate infallibili confirmet liberetque a dubitationibus et fluctuantibus huc illuc opinionibus, in quas plerique homines, non solum indocti sed etiam docti, praesertim excitatis animi affectibus cupiditatibusque, saepe incidere solent; partim vero ut alia nobiscum communicet, coniunctissima quidem illa cum religione et moribus, sed altiora tamen, quam ut solius rationis ope inveniri queant, ad liberationem e peccati servitute, ad spem firmam aeternae salutis recuperandam, ad peculiaria subsidia, quibus sustentare infirmum genus humanum Deo placuerit, uno verbo: ad altiorem quandam oeconomiam divinam spectantia, eamque ab causam omnibus hominibus, etiam summis philosophis, cognitu utilissima et maxime necessaria? Ponamus igitur promulgari doctrinam aliquam ut divinitus traditam, eamque ita comparatam natura sua, ut in omnibus cum ratione nostra et cum indigentia totius generis humani insigniter conspiret, ut mentes hominum obscuratas mirifice illustret, percussos animos nova luce accensa erigat, voluntatem ad honesta quaeque expetenda et perficienda maximopere impellat, ut altiorem quandam oeconomiam divinam patefaciat, quae quidem, etsi arctos rationis nostrae limites excedens, tamen admirabilem in modum sese commendat atque placere debet: quid de tali

doctrina iudicabimus, siquidem sana ratione utemur, aut insitum nobis a Deo veri rectique sensum non deseremus? Non poterimus non iudicare eiusmodi doctrinam esse natura sua praestantissimam ideoque Deo non indignam. Habemus criterium, id est certos characteres internae praestantiae doctrinae alicuius ad credendum propositae. Qui quidem characteres ubi reperiuntur, profecto etiam is, qui talem proponit doctrinam, iudicandus et credendus est non solum magna intelligentia pollere, sed etiam eo animo esse, ut ipse sit amans et studiosus honestatis Deoque deditus, praesertim si reliqua eius vita ex omni parte consentit et apertissima constantissimaque integritatis, veritatis, sanctitatis, pietatis atque amoris erga Deum signa ostendit. Nam si quis nihilominus contra statuere vellet aut dubitationibus relinquere locum, videlicet sublatum iam esset et penitus extinctum omne officium fiduciae in quacumque demum causa erga alios adhibendae: quod quum pugnet omnino cum lege morali, ex eo planum fit vetare recti sensum et rationem moralem, quominus turpem simulatorem esse atque animum ab honestate et a Deo alienum in pectore suo gerere credamus eum, qui omni virium suarum conatu maximisque vitae incommodis id agit perpetuo, ut verae aliorum hominum saluti prospiciat, animos eorum a sensuum voluptatibus et pravis libidinibus avertat, voluntatem ad veri studium omnemque honestatem compellat, denique pietatem, reverentiam, amorem erga Deum ipsis infundat*). Sed de his, quae praeliminaria sunt, satis dictum.

*) Vide Hermesii Introduct. Philosoph. §. 79 et §. 85.

CAPUT V.

Accommodantur regulae propositae ad doctrinam christianam. Huius interna praestantia quum pronos nos faciat, ut divinitus traditam credamus, tamen alii praeterea characteres requirendi sunt.

Admirabantur turbae super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut Scribae eorum et Pharisaei.

Matth. 7, 28—29.

Sequitur ut ea, quae diximus ex Hermesii sententia, ad propositum nostrum referamus, hoc est ad sanum iudicium de doctrina christiana ferendum. Nihil haec doctrina continet rationi nostrae contrarium, ut ex hac quidem parte iure impugnari non possit*). Multa continet de Deo eiusque consiliis, de statu hominum, de peculiari quadam oeconomia divina et salutari, quae superant rationem nostram: at hoc ipsum vel maximae commendationi esse debet. Eadem omni ex parte adeo cum ratione nostra et cum morali totius generis humani indigentia conspirat, ut nulla unquam in hoc terrarum orbe doctrina apparuerit, quae cum christiana possit ullo modo comparari**). Quid igitur de hac doctrina iudicabi-

*) Est tamen Theologorum refellere dubitationes, si quae aut motae sunt aut possunt accidere.

**) Dubium non est, quin doctrina christiana multis rebus, quae etiam ad forum rationis pertinent, magnam lucem attulerit et ad pleniorem perfectioremque earum scientiam plurimum iuve-

us, modo simplices simus, sinceri, non deficientes a mnino recti sensu? Idem plane, quod profitebantur urbae Iudaeorum, qui libero animo Jesum Christum loentem audiebant, de quibus est apud Joh. 7, 46: Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic omo," et apud Marcum 11, 18: „Universa turba dmirabatur super doctrina eius," et apud Mataeum 7, 28—29: „Quum consummasset Jesus haec erba, admirabantur turbae super doctrina ius. Erat enim docens eos sicut potestatem abens, et non sicut Scribae eorum et Pharisaei." imilia aliis locis, ut apud Lucam 11, 32. Atque haec raestantia doctrinae christianae tanto magis ucet maioremque nos in admirationem rapit, quanto iligentius integro animo singula eius dogmata totumque orum tenorem et intimam cum morali hominum indientia coniunctionem consideramus, neque quemquam otest vis illa mirifica ubique spirans latere hominem si superbum et perverso corde*). Iam si ratione duce

rit. Ita effecit, ut ratio nostra magis sui conscia fieret. Quod adminiculum quantum profecerit in Philosophia, praesertim in Philosophia practica, id est morum et religionis, quasi digitis monstrari potest. Sed etiam alia multa, quae ex principiis mere philosophicis sine peculiari quadam revelatione divina non possunt certo cognosci — tametsi certam eorum cognitionem non modo non inutilem sed gravissimam habere debemus —, ita illustrantur per doctrinam christianam, ut singula dogmata, quippe novam et inexpectatam lucem afferentia, rationi nostrae maximopere sese commendent. —

*) Tales erant Scribae, Pharisaei et Principes Sacerdotum, qui propterea longe aliter ac turbae Judaeorum de doctrina J.C. sentiebant, nec poterant non sentire, quamdiu ad meliorem frugem non rediissent. Iam ex his satis intelligitur fieri nullo modo posse, ut quisquam, etiamsi doctissimus, ad fidem christianam adducatur, nisi idem sit humilis, vacuus a cordis perversitate

aut recti sensum sequentes tantam doctrinae christianae praestantiam tamque admirabilem virtutem agnoscimus: nonne hoc ipsum efficiet, ut saltem proni simus ad credendum talem doctrinam non esse humanam sed missam a Deo, qui misericordia ductus voluerit indigentissimo generi humano opitulari? Dico ex Hermesii sententia: nos pronos fore ad hoc credendum; nam firma certitudo ex sola doctrinae praestantia effici non potest. Primum enim demonstrandum esset eiusmodi doctrinam absolute superiorem esse viribus humanis, nec potuisse ullo modo ab homine sapientissimo excogitari. Equidem id ipsum revera ita se habeat: at demonstrare eo modo, ut nihil dubitationis *relinquatur*, difficillimum sit, quamdiu id, de quo quaeritur, hoc est originem divinam nondum alia via certo cognoveris. Sed hoc minus fortasse est: etiam illud necesse esset, tanta nos valere intelligendi facultate, ut soli perspicere possemus aeterna Dei consilia et ex proprietatibus divinis positiva conclusione certo intelligere, quid Deo dignum sit. At vero omnes huiusmodi conclusiones po-

---

et ita animo affectus, ut paratus sit ad obtemperandum voci interiori rationis suae. At ista humilitas et recta animi affectio minime postulat fidem temeram aut caecam, (quae pia a nonnullis per abusum vocabuli dicitur,) neque excludit diligentissimam fidei ad credendum propositae explorationem, scilicet eo pertinentem, ut certa persuasio suscipiatur, neve in errorem ullum incidamus Praeclare de hac re Hermesius in Praefatione ad Introd. Phil. p. XVI. ss. Sed alibi revertemur ad hunc locum Praefationis gravissimum, haud dubie male intellectum ab accusatoribus: hic quidem sufficiat illud unum animadvertisse, quod Hermesius quoque contendit, non posse quemquam, ubi de credibilitate doctrinae christianae agitur, vel eo pervenire, ut internam hujus doctrinae praestantiam, nedum originem divinam, agnoscat, nisi sit humilis et paratus ad obtemperandum rationi a Deo ipsi ingeneratae. Cf. p. 29 **).

tivae, quas sola ratio nostra ducit ex proprietatibus vinis, quamvis verisimillimae videantur, tamen certitu- ne carent, neque nos eam divinitatis mensuram habe- us, ut a priori, quid cadat in Deum, hoc est, quid ostulent sensu positivo ipsius perfectiones non lum gradu sed etiam qualitate differentes a perfectio bus mentis humanae similiter cognominatis, certo no- s cognoscere liceat*). Quod si ita est, omnino ne- esse est, ut ad internam illam praestantiam etsi maxi- am accedant alia, quorum tanta vis sit, ut non iam roni tantum simus ad altiorem doctrinae christianae

*) Confer Hermesii Introduct. Philos. §. 73 sub num. 4. — Itaque Hermesius in hoc genere, ut solet cautissime agere, minus tribuit viribus humanis, quam alii nostrae aetatis Theologi, qui nescio quo iure sibi vindicant verae divinitatis mensuram sensu positivo, quique hac adhibita mensura, mittentes testimonium Jesu Christi de sua missione, mittentes signa et prodigia, quibus s. Petrus Apostolus tantum inesse arbitratur (Act. 2, 22), facili negotio et brevissima via sibi videntur divinitatem Jesu Christi et doctrinae ab eo propositae certo cognovisse. Atque hoc ex eo est, quod e nostratibus bene multi etiam Theologi, quamvis abhorrere se dicant a Pantheismo, tamen revera Philosophiam sectantur plus minus Pantheismo infectam. Deus, ut isti quidem statuunt, non extramundanus sed mere intramundanus est; non ad similitudinem sui ex nihilo creavit mentes humanas, sed mens humana, si in universum consideratur quoad substantiam sive essentiam suam, (non quod formas, quae in individuis infinito numero existunt et continuo labuntur,) ipsa aeterna est, neque differt a substantia sive essentia Dei. Hoc posito, proprietates Dei a mentis humanae proprietatibus, quales in individuis manifestae fiunt, solo gradu differre possunt, non ipsa etiam qualitate sive essentia. Itaque iidem Theologi non inconstantes sunt, si sibi videntur esse parvi Dii, contenduntque eo valere rationem humanam, ut suo tantum pede divina metiri inprimisque divinitatem doctrinae christianae directe s. immediate intelligere queat, neque necessum habeat alia circumspicere argumenta, quibus rite adducatur ad supernaturalem et divinam huiusce doctrinae originem credendam. Totum istud plane contra se habet apud Hermesium.

originem credendam, sed ut firme ac sine ulla haesitatione credere debeamus, nisi nosmet ipsos ab insito recti sensu et a ratione abdicare velimus. Igiturne cum doctrina christiana proprii quidam et peculiares supernaturalis divinaeque originis characteres revera coniuncti sunt? Sunt sane, iique luculentissimi.

CAPUT VI.

Prodigia a Jesu Christo patrata. Quid de causa horum efficiente theoretica ratio per *se sola* efficere possit. Residuae fiunt dubitatiunculae propter aliquem plenae perspicientiae defectum. Sed patet alia via rite perveniendi ad certitudinem, eamque moralem, dignitate sua parem certitudini theoreticae. Monstratur hanc certitudinem in prodigiis illis ita usu venire, ut nihili aestimatis dubitatiunculis theoreticis omnino oporteat nos credere fuisse in Jesu Christo altiorem naturae viribus virtutem. Veri miraculi criterium.

> Euntes renuntiate Johanni, quae audistis et vidistis: quia caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.
>
> *Luc.* 7, 22.

Si innumerabilia signa et prodigia tum scientiae tum potentiae a Jesu Christo non ad ostentationem sed benefaciendi causa vel ad similem finem honestissimum publice patrata sincero animo con-

templamur*); nonne ratio nostra urget ad iudicandum et credendum fuisse in eo, qui talia efficeret, altiorem naturae viribus virtutem, quae et scientia sua omnia etiam absconditissima complecteretur, et potentia sua imperitaret ipsi naturae eamque quovis tempore ad consilia honestissima perficienda solo verbo, sola voluntatis actione moderaretur? Plane ita iudicabunt omnes et sine ulla haesitatione credent, qui simplici corde insitum recti sensum sequuntur**). Sed possunt dubitationes moveri, saltem a doctis hominibus; quae dubitationes quum magni ponderis sint ac firmam assensionem labefactare posse videantur, a Theologis minime spernendae aut levi brachio tractandae sunt, sed diligentissime ponderandae et, si fieri potest, penitus refutandae. Hoc modo etiam conspicuum fiet neque errare indoctos, et a doctis, nisi rationem suam repudiare velint, idem iudicandum et credendum esse. Dicat igitur aliquis: „Mens hominum non ita comparata est, ut totius naturae vires perspectas habere queat; id si est, fortasse innumera illa prodigia, etiamsi maximum stuporem excitent, potuere ignotis quibusdam solius naturae viribus effici; non igitur certo constare unquam potest fuisse vera miracula, neque certo supernaturalem virtutem ut causam effectricem declarant.“ Videamus,

*) Sumimus hoc loco prodigiorum illorum veritatem historicam; nam alioqui tota demonstratio a nobis instituenda fundamento careret.

**) Sic illi, de quibus est apud Lucam 5, 26: „Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.“

quid Hermesius ad haec, in quibus exsultare doctrinae christianae adversarii solent. Tribuit, quod negari non potest, theoreticae rationis via, eaque una, ad maximam quidem verisimilitudinem de veritate miraculorum pervenire nos posse, ad plenam certitudinem non posse. Nam theoreticae rationis vis in eo cernitur, primum ut uniuscuiusque eventus causam aliquam sufficientem necessario statuat, deinde ut hanc illam causam statuere tum demum cogatur, ubi demonstratum est non posse aliam ullam statui, ita quidem, ut omnis causa tollenda sit — quod repugnat rationi —, nisi haec illa statuatur. Quas leges simplicissimas et apertas si ad propositam quaestionem revocamus; primum theoretica ratio necessario statuit esse causam prodigiorum illorum sufficientem ubicunque demum positam. Etiamne ad hoc theoretica ratio, si circumspecta est, omnino cogitur, ut causam non in rerum natura positam statuat sed in virtute quadam altiori et supernaturali? Verisimillimum id esse ac prope certum necessario iudicabit, praesertim si maximus prodigiorum illorum numerus resque omnes cum iis coniunctae veniunt in censum. Attamen confitendum est hac sola argumentandi via, id est altera illa theoreticae rationis lege adhibita, ad plenam et ab omni dubitatione vacuam certitudinem sub ea tantum conditione perveniri posse, si perfectissimam omnibusque numeris absolutam totius naturae virium cognitionem haberemus; nam ita demum illud comparari posset, quod ad talem certitudinem theoreticam requireretur, plena et perfecta perspicientia in universa rerum natura nullas omnino vires inesse, quae iunctae et concurrentes ad tanta efficienda prodi-

gia sufficerent*). An propterea mittit miracula aut in incerto relinquit Hermesius? Immo enucleate ostendit esse certissimum veri miraculi criterium, non ex solius theoreticae, sed ex moralis sive practicae rationis natura petendum.

Nam praeter theoreticam certitudinem, quae physice necessaria est, Hermesius etiam moralem certitudinem agnoscit, idemque huic alteri non minorem quam illi vim et dignitatem tribuendam esse acerrime contendit et acutissime demonstrat. Moralis autem certitudo, si quidem recte afficiatur hoc nomine, non potest alia esse praeterquam illa, quae nascitur ex assensione moraliter necessaria, cum eaque connexa et copulata est. Huius assensionis moraliter necessariae quae vis et natura sit, quae eiusdem coniunctio cum ratione theoretica et practica itemque cum voluntate, quam late pateat, ubi usu veniat, Hermesius tam diligenter excussit tamque accurate definivit**), ut vel hoc uno nomine mihi videatur quam optime meritus esse. Venimus ad argumentum satis difficile idemque tam amplum, ut paucis verbis exhauriri non possit: faciemus tamen, ut tantum, quantum satis videbitur, rei illustrandae causa exponamus. Moraliter necessarium

*) Vide Hermesii Introduct. Philos. §. 82 sub num. 2. Eandem sententiam, ut mihi quidem videtur, etiam accusatores Hermesii tueri debent, si sibi constare volunt. Dicunt enim, et recte dicunt, eam fidem, qua nobis certum sit de supernaturali atque divina doctrinae christianae origine, non esse physice necessariam, sed liberam et meritoriam et suscipi a voluntate adiuvante peculiari quadam gratia divina. At fides et certitudo, quae vel aperto sensuum testimonio vel theoreticae rationis perspicientia nititur, physice necessaria est.

**) Hermesii Introd. Philos. §. 39—45.

omnino illud dicitur, quod ratio moralis sive practica imperat liberae voluntati. Ex quo fit, ut assensio seu fides moraliter necessaria, si de sola eius significatione quaeritur, partim ex rationis practicae imperio, partim ex libera voluntate pendeat. Quatenus pendet ex libera voluntate, potest esse meritoria; quatenus autem secundum rationis practicae imperium suscipitur, minime temera aut caeca est, (tametsi fontem non habet plenam et perfectam perspicientiam,) sed adeo consentanea rationi, ut ne possit quidem repudiari nisi ab eo, qui deficere a ratione ipsi ingenerata eiusque imperium detrectare audeat. Atque haec quidem de significatione assensionis seu fidei moraliter necessariae, ex qua proficisci diximus certitudinem moralem. Quaeramus nunc, an talis assensio, qualem breviter descripsimus, unquam usu veniat, nominatim vero, an usu veniat, ubi agitur de causa prodigiorum illorum efficiente.

Ad hanc quaestionem gravissimam diiudicandam illud videndum est, an unquam accidat, ut ratio practica voluntatem obliget propositis morum praeceptis, iisque omnino certis et indubitatis, quae impleri nequeant, nisi ita, ut aliquid, quod theoretice si non certum, at certitudini proximum est, firma assensione ratum habeamus, pellentes et nihili aestimantes dubitatiunculas, quas theoretica ratio, quippe perspicientiam ut unicam iudicandi et assentiendi normam sequens, penitus excludere non potest. Equidem istud non raro, sed saepissime accidere sentiet, qui paulo diligentius circumspexerit. Placet uno alterove exemplo uti. Haud dubie imperat ratio practica, ut mortuos homines sepeliamus aut comburamus, et

quidem eam ob causam, ne vivorum vel sanitas ex pestifero aere, vel honestatis sensus ex funerum eiectorum adspectu detrimentum capiat. Sed illud officii praeceptum, certissimum neque ulli dubitationi obnoxium, idemque fluens ex altero praecepto, quo iubemur maximum illud detrimentum avertere, ut impleri queat, sedulo dignoscendi sunt vere mortui ab iis, qui fortasse speciem tantum prae se ferunt; nam posterioris generis homines, quales interdum reperti sunt, haudquaquam licet eodem modo tractare quo vere mortuos. Sic permissum non est eos sepelire aut comburere, in quibus arteriarum pulsum non amplius percipimus, corpus rigere videmus, alia vero mortis signa non cernimus; nam quum experientia teste eiusmodi homines interdum ad priorem vivendi statum redierint, omnino iudicandum est posse simile quidquam denuo contingere. Quid? si corpus humanum ab omnibus spirantis animae vestigiis destitutum etiam corrumpi et putrescere coepit? Iam ex officio sepeliendum aut comburendum dices; nam certo constare exanimatum esse corpus et funus mortuum, neque experientia teste putrescens corpus humanum reviviscere. Quaero ex te: qualis sit ista certitudo? Si theoreticam dixeris, eamque plenam et absolutam, acriter repugno. Nam unde haurire potueris talem certitudinem, nisi vindices tibi scientiam cum reliquae naturae tum imprimis humanae tam perfectam et omnibus numeris absolutam, ut omnino perspicias non posse ullam amplius vitae scintillam inesse in corpore humano, quod dissolvi et in putredinem abire coepit? At tam perfecta scientia et perspicientia quum ne in experientissimos quidem medicos cadat; fatendum est non hac via te informare iudicium, sed concludendo

seu argumentando per inductionem. Quod si concess ris — et sane oportet concedi —, ostendas mihi, qua so, quomodo ex inductione, quae ipsa imperfect est, perfecta tamen et plena certitudo compara queat secundum theoreticae rationis principia. Efi cietur quidem summa verisimilitudo, eaque proxime a cedens ad plenam certitudinem theoreticam; sed neces sario residuae fient dubitationes, quas theoretica rati quippe sentiens aliquem perspicientiae defectum, per s sola excludere non potest. Licetne igitur his dubitati unculis vim eam tribuere, ut abstineamus a sepultur aut combustione corporum humanorum, in quibus no modo nullum vitae signum apparet, sed etiam corruptic et putredo exorta iam est? Reclamat interior vox conscientiae, reclamat generale et certissimum illud offici praeceptum, quod ab initio commemoratum est, quodque nullo tempore (nullo in casu) impleri poterit, s istas dubitatiunculas sequamur. Est autem omnino satisfaciendum certissimo huic officii praecepto: id rati moralis urget, iubet, imperat, eumque hominem, qui re fragatur, condemnat. Itaque etiam imperat, atque ho imperio suo voluntati necessitatem morale imponit, ut missis ac nihili aestimatis dubitatiuncul illis, quae propter aliquam plenae perspicientiae defe tum residuae fiunt, sine ulla haesitatione cred mus, hoc est, ut firma et libera assensione r tum habeamus, vere mortuos esse eos homine quorum corpora iam corrumpi et putrescere coeperun Habemus igitur in hoc exemplo assensionem se fidem moraliter necessariam, ex qua proficisc tur etiam certitudo moralis. Utriusque vis et na tura ex iis, quae proposita sunt, in universum sati

et. Neque iam contra movebis moralem certitudi-
i dignitate sua inferiorem habendam esse quam the-
icam; est enim una eademque ratio, quae secundum
uram suam a Deo ipsi ingeneratam duplici modo
t*), ex quo fit, ut, si moralem rationem dixeris ad
orem compositam esse aut ducem incertam, idem
ri iure dicendum sit de ratione theoretica**).

Sed progrediamur eo, quo volumus. Quum Jesus
ristus accessisset ad monumentum, in quo Lazari
us repositum erat, dixit ei Martha (Joan. 11, 39):
am foetet mortuus; quatriduanus est enim." Non igi-
r dubitare licet, quin Lazarus vere mortuus fuerit,
oc est, de vera eius morte habemus certitudinem mo-
alem. Tum iussit Jesus, ut mortuus foras veniret, et,
eccel illico rediit in vitam. Quanam causa hoc prodi-

*) Confer, quae pag. 21 diximus sub asterisco.

**) Rectissime in hanc rem Liebermannus Instit. Theol. I. p. 139: „Principia moralia, quae fundamentum sunt moralis certitudinis, tum acutiorum, tum tardiorum consensum habent. Atque ubi semel haec certitudo adest, tanta est tamque perfecta mentis adhaesio, ut novis argumentis augeri non possit." Non minus recte Liebermannus contendit, quod idem docetur ab Hermesio, in rebus historicis, quae aliorum auctoritate credantur, non theoreticae seu metaphysicae certitudini locum esse, sed morali tantum, huic autem, si iusto modo comparata sit, eandem atque illi vim et dignitatem tribuendam esse. — Profecto is, qui omni testimonio fidem denegare, neque quidquam pro certo habere vellet, nisi quod ipse vel oculis usurpaverit vel ex rationis theoreticae principiis perspexerit, plurima et certissima officiorum praecepta implere non posset. Urget igitur atque imperat ratio moralis, ut alterius testimonio sub certis quibusdam conditionibus, (de quibus copiosius dicere hoc loco non attinet,) sine ulla haesitatione assentiamur, quamvis ad theoreticam certitudinem perveniri non liceat. Itaque ex hac assensione moraliter necessaria oritur certitudo moralis historica, quae totius generis, quod latissime patet, peculiaris species est.

gium effectum est, virtute supernaturali, an naturae viribus?*) Primum si consulimus universam experientiam eaque, quae de necessaria naturae virium efficacia certa cognita habemus, ipsa theoretica ratio vix non coactam se sentiet ad iudicandum et credendum, non potuisse tantum prodigium effici nisi virtute quadam supernaturali. At residebunt, si quidem acre iudicium sit, dubitatiunculae quaedam, quas theoretica argumentandi via, eaque sola, superare non possumus, ut supra demonstratum est. Non tamen hic subsistendum; patet enim atque tentanda est alia via. Si sumseris Lazarum solius naturae viribus resuscitatum esse, largiaris necesse est idem iisdem naturae viribus etiam hodie effici posse. Id si concedendum sit, non modo non officii erit sed illicitum eos homines, quorum corpora in putredinem abierunt, vel terrae cumulo obtegere vel comburere flammis atque hoc modo fortasse naturae virium efficaciam frangere; idque non minus illicitum erit, quam ex communi omnium sententia illicitum est eos homines sepelire aut comburere, quorum corpora rigere quidem sed nondum putrescere coeperunt, quosque scimus ipsa experientia teste interdum naturae viribus ad priorem vi-

*) Nimirum hoc iudicare nostrae rationis est, postquam de re facta constat. Rem factam credimus propter testimonium Johannis eorumque qui aderant; et hi potuerunt prodigii illius, quatenus factum erat et sensibus percipiebatur, omnino idonei testes esse. De causa autem efficiente, utrum naturalis, an supernaturalis fuerit, quoniam istud sensibus percipi non potest, et illo tempore, qui viderant prodigium, ex insito quodam vel sensu, id est secundum rectam rationem a Deo ipsis ingenitam iudicare debuerunt, et nos etiam hodie, postquam de re facta nobis persuasum est propter testimonium fide dignissimum, eodem modo iudicare debemus. Atque hanc viam etiam ab ipsis sacris codicibus monstrari facili negotio quisque intelliget.

conditionem restitutos esse. Vides, quorsum res dat? Nimirum sumtio illa eo ducit, ut nullo teme (nullo in casu) etiam putrescentium corporum huorum vel sepultura vel combustione utendum sit, propter residuas illas dubitationes, quas ipsa theore ratio levissimi momenti esse statuere suis legibus itur, irrumpere patiendum sit innumera detrimenta, e gravissimis et necessariis rationis practicae finibus nino adversantur. Itaque dubium non est, quin imret ratio practica sive moralis, ut missam faciis istiusmodi sumtionem, et contrariam sententiam, e ipsi etiam theoreticae rationi maxime commenda sine ulla haesitatione ratam habeamus, hoc est, ut na et libera assensione credamus prodigii us causam efficientem non in naturae viris positam fuisse, sed in virtute quadam surnaturali, quandoquidem, si talis virtus, eaque lia voluntate utens, prodigia effecit, nihil proficiscitur oni practicae contrarium, nihil in ordine morali imatur, sed omnia integra manent. Rursus habemus ensionem seu fidem, quae non in perfecta perientia nititur et physice necessaria est, sed ita conta cum principiis moralibus, ut moraliter necesia sit ideoque certitudinem moralem afferat*).

Ex his iam fere intelligi potest, quale Hermesius i miraculi criterium statuat. Primum hoc reitur, ut prodigium oblatum eiusmodi sit, ut etiam theoreticae rationis principiis videatur ectum esse virtute quadam naturae viribus ori. Non igitur theoretica ratio, (quod probe ani-

*) Hermesii Introduct. Philosoph. §. 81 sub num. 2.

madvertendum est,) penitus excluditur a re diiudicanda, neque id fieri potest ullo modo. Deinde requiritur, ut iudicium de causa efficiente prodigii sive directe sive indirecte connexum sit cum principiis moralibus naturae nostrae a Deo ingeneratis, id est cum certis morum praeceptis a ratione nostra propositis. Postremum ista connexio eiusmodi esse debet, ut appareat non posse amplius hanc illam legem moralem impleri, nisi superior naturae viribus causa efficiens prodigii, eaque libera voluntate utens, credatur. Sub his igitur conditionibus imperat ratio moralis, ut ratum habeamus, quod non omnino perspicimus: cui quidem imperio qui obsequium tribuere recusat, is damnandus est, qui obtemperat, is profecto non temeram fidem adhibet sed rationi convenientem, neque tamen physice necessariam sed liberam et meritoriam. Vidimus autem in Lazari resuscitatione nullam illarum conditionum desiderari.

Quid de reliquis prodigiis, quorum narratione fide dignissima referti sunt sacri codices, iudicabimus? Innumeri homines gravissimis diversissimisque morbis et vulneribus laborantes, neque praesentes tantum sed etiam absentes, illico ad integram sanitatem restituti sunt, quum primum se velle, ut sanarentur, edixerat Jesus Christus. Si sumseris haec omnia eodem temporis puncto, quo Jesus voluntatem suam declaravit, forte fortuna solius naturae viribus effecta esse, aut Jesum ipsum fuisse iactatorem circumforaneum, cuius voce naturae vires commotae et ad tanta efficienda prodigia excitatae sint: nonne insanus sis, si similia negaveris etiam hodie summo iure expectari posse? Ergo non iam officii erit, ubi in gravem morbum inci-

tisti aut periculoso vulnere laboras, arcessere medicum experientissimum, uti remediis, dolentem amputationem pati, quam ille necessariam duxerit; sed prudenter ages et convenientius officio contemnens ea, quae vel experientissimus medicus praescripserit, et quorum usu facile naturae viribus impedimentum struatur: relinquenda sunt omnia soli naturae, aut audiendus est, si quem in promtu habes, iactator circumforaneus, qui solo verbo efficere se posse pollicetur, ut salutiferae naturae vires excitentur teque sine ullo dolore ad pristinum valetudinis statum restituant. Rursus apertum est, quorsum sumtio illa evadat: nempe eo, ut totus ordo moralis perturbetur, ut licitum et consentaneum rationi habendum sit, quod est illicitum et rationi morali vel maxime repugnans. Rursus igitur ratio moralis imperat atque hoc imperio suo voluntati necessitatem moralem imponit, ut missam faciamus istiusmodi sumtionem, hoc est, ut contrarium iudicium, quod causam efficientem prodigiorum illorum ad virtutem altiorem refert, quodque ipsi theoreticae rationi, etiamsi plenam perspicientiam assequuta non sit, summopere probatur, neque quidquam turbat in ordine morali, firma assensione amplectamur*).

*) Vide Hermesii Introduct. Philos. l. c.

CAPUT VII.

Doctrina christiana non modo supernaturalem, sed etiam vere divinam originem habet. Testimonium Jesu Christi de sua missione. Res adiunctae, quae huic testimonio plenissimam fidem adsciscunt: vitae sanctitas, finis miraculorum, praestantia doctrinae. Quomodo his motivis externis ratio nostra eo adducatur, ut iubeat nos divinam Jesu missionem firmiter credere. Auctoritas Dei ut motivum credibilitatis. Natura fidei supernaturalis et divinae.

Qui a semet ipso loquitur, gloriam propriam quaerit; qui autem quaerit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, et iniustitia in eo non est.

Joh. 7, 17.

Quodsi igitur in persona Jesu Christi tanta virtus apparuit, quae et scientia sua longissime superaret omnem scientiam humanam, et potentia sua ipsi naturae imperaret; profecto etiam doctrina ab eo proposita necesse est ut originem habeat supernaturalem. Etiamne divinam? Non dubitabunt, qui insitum recti sensum sequuntur, confidenter affirmare. Quod ut summo iure faciant: tamen etiam in hac quaestione doctorum Theologorum est non acquiescere obscuriori quodam sensu communi, sed perlustrare rationes, quibus adducantur ad affirmandum indocti, ponderare et videre, quantum istae rationes momenti habeant, nihilne irrepserit erro-

ris, nihilne in iudicio praecipitatum sit; refellere dubitationes, si quae contra motae sunt aut possunt moveri; constituere vim et naturam certitudinis, quae in hac ipsa quaestione diiudicanda comparari queat. Et Hermesius quidem de his omnibus rebus tum in iis libris, qui in lucem editi sunt, tum in Introductionis Positivae parte altera, quae nondum typis excusa est, hoc modo disseruit. — Ex supernaturali origine, si theoreticam demonstrandi viam, eamque solam, persequimur, id est, si plenam et perfectam theoreticae rationis perspicientiam quaerimus, non satis certo et confidenter concludere licet doctrinam aliquam etiam divinitus traditam esse*). Sed in doctrina christiana accedunt gravissimi momenti res, quae a supernaturali illius origine separari nullo modo possunt, eaedemque et apertae omnibus, qui aliquid vident, et ita comparatae, ut etiam doctorum pellere dubitationes debeant, hoc est, ut ratio practica nobis moralem necessitatem imponat sine ulla haesitatione credendi vere divinam esse doctrinam eam, quam Jesus Christus cum hominibus communicavit. Huc pertinet apertum ac saepe numero iteratum testimonium, quod ipse Jesus Christus de sua doctrina et missione dedit, huc pertinent ea omnia, quae istud testimonium fide dignum comprobant, vita Jesu Christi, honestissimus finis, ad quem omnia miracula ab eo patrata dirigebantur, interna doctrinae christianae

*) Hermesii Introd. Phil. §. 79, init. Requireretur enim, ut theoretica ratio per se sola secundum principium causale alterutrum demonstrare posset: vel praeter Deum in mundo invisibili non esse alia quaedam entia, vel certe horum vires ad illum, de quo quaeritur, effectum non esse sufficientes. Utrumque autem altius est, quam ut ratio nostra pro suis limitibus secundum principium causale eo usque penetrare queat.

praestantia et admirabilis virtus, de qua supra (c. 4 et 5) satis expositum est. Profitebatur Jesus Christus doctrinam suam esse vere divinam et a Deo acceptam, se ipsum annuntiabat legatum Dei, qui venisset in hunc mundum, ut tenebras pelleret, spem deiectam erigeret, e servitute peccati nos liberaret, denique ut ea omnia praestaret, quorum indigentissimum et fuisse et esse genus humanum fateri debemus omnes (Joh. 7, 16; 8, 26; 12, 49 et passim.) Minime gentium haec effata improprie aut per figuram dictionis accipi possunt: id enim et sana librorum sacrorum interpretatio vetat et illud ipsum, quod negari non potest, reapse in Jesu Christo habitasse virtutem altiorem et supernaturalem. Iam si falsum esse illud testimonium sumseris, nimirum Jesus, qui pro scientia sua admirabili ignorare non potuit, qualis et ipse esset et doctrina ab ipso tradita, existimandus est fraudulentissimus et turpissimus impostor, idemque non humanus sed diabolicus. Dixerit quispiam: fortasse nihil fuit praeterquam homo fanaticus, qui aut revera sibi videretur legatus Dei, aut bona fide vindicaret hoc sibi nomen, quo probabiliorem doctrinam suam hominibus faceret. Quasi vero haec sententia non iam penitus excluderetur prodigiis, quibus elatum sese, ut antea vidimus, supra genus humanum Jesus declaravit*). Alter-

*) Mitto alia, quae huic sententiae maximopere adversantur, etiamsi supernaturalis virtus Jesu Christo tribuenda nondum in censum veniret. Fanatismus quum sua natura minuat ac perturbet iudicium, atque importunus sit, idque eo magis, quo altiores radices egit, non potest celari, sed facile se prodit et in opinionibus et in vitae actione. Ubi tandem, sive vitam Jesu Christi sive doctrinae ab eo traditae ingenium et tenorem consideramus, vel levissimum talis fanatismi, qualis interdum apud ho-

utrum igitur necesse est: aut ut fuerit legatus Dei, qualem se profitebatur, aut pessimus quidam daemon a Deo alienus, suorum commodorum studiosus et propterea id agens fraudulente, ut homines ab honestate et a Dei cultu averteret sibique devinciret. Quid? nonne cum hac altera sumtione omnino pugnat tota vita Jesu Christi? pugnat honestissimus finis miraculorum, quae patravit? pugnat totum ingenium ex praestantissima ipsius doctrina spirans? Enimvero vitam agebat Jesus tam puram et castam, tam remotam ab omni turpitudine, tam sanctam et Deo deditam, ut etiam sagacissimi Scribae et Pharisaei nullam ipsi maculam adspergere possent. Primum hoc exemplo suo, quo nihil praestabilius cogitari potest, ad imitandum homines quam maxime incitabat; eaque res tam parum ipsi ignota erat, ut etiam diserte ad sui imitationem adhortaretur. Adde huc prodigiorum innumerabilium finem, qui conspicuus fit cum ex operibus ipsis, tum ex omnibus rebus ad-

---

mines reperitur, vestigium deprehendi potest? Nuspiam se Jesus vel sui ipsius vel rerum externarum non satis conscium, nuspiam imprudentem, circumspecto carentem iudicio, nuspiam importunum et arrogantem praebet: immo totum hoc plane contra se habere incurrit in oculos. Iam vero illud, quod pro doctrina sua horribilem crucis mortem, quam praeviderat et iterum iterumque discipulis suis praedixerat, ultro et quietus subiit, nonne gravissimum indicium est talis patientiae, constantiae et animi magnitudinis, quae ex certissima veri rectique conscientia oriretur? Potuisset Jesus, si aliter ac testatus fuerat, de se sensisset, vehementissima tormenta et intolerabiles cruciatus facta retractatione effugere. Non retractavit testimonium, sed ipsi cruci affixus diserte etiam confirmavit, et eo quidem modo confirmavit, ut etiam durissimus animus propter infinitam Jesu Christi clementiam, mansuetudinem et caritatem erga genus humanum percuti debeat, ipsiusque testimonio iterum iterumque dato quasi sigillum imprimatur: „Pater dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.“

iunctis; qui quidem finis eiusmodi est, ut prodigia illi si fieri possit, ad vitam Jesu Christi honestissimam sanctissimamque novum etiam splendorem adiungant. Nam ubicunque prodigia facit, nunquam vani ostentatoris speciem prae se fert, nunquam se sui commodi studiosum praebet, sed intima erga afflictos homines caritate et misericordia ducitur, eorum ipsorum, quibus benefacit, salutem sibi cordi esse declarat, Deo autem ut honorem tribuant, Deo ut gratias agant, sanatos homines admonet. „Pertransiit benefaciendo," ut est apud Lucam. Rectissime igitur Jesus, quum nonnulli Judaeorum ex eo scandalum cepissent, quod se filium Dei dixisset, quumque urgerent, ut denuo et apertius profiteretur, qualis esset, ita respondere potuit (Joh. 10, 25): „Loquor vobis, et non creditis: opera, quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibent de me." Et paulo post: „Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite." Rectissime etiam Pharisaeos, qui pro animi sui obstinacia ipsum calumniati essent propter sanationem hominis daemonium habentis eiusdemque caeci et muti, his verbis reprehendit et ad absurdum ducit (Matth. 12, 25): „Omne regnum divisum contra se desolabitur; et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eiicit, adversus se divisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eiicio daemones, filii vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eiicio daemones, igitur pervenit in vos regnum Dei." Rectissime porro discipulis, quos miserat Johannes interrogatum: „Tu es, qui venturus es,

an alium expectamus?" hoc responsum dedit (Luc. 7, 22; Matth. 11, 5): „Euntes renuntiate Johanni, quae audistis et vidistis: quia caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt." Addit Jesus, neque id minus recte: „pauperes evangelizantur" quippe significans vim et naturam doctrinae, quam hominibus altiori solatio et ope indigentibus praedicabat. Et profecto etiam in hac tam praestanti doctrina plurimum momenti inest ad testimonium, quod de sua missione dedit, confirmandum. An dicamus turpem daemonem, fraudulentum, mendacem, a Deo alienum idque unum molientem, ut homines a Deo magis etiam averteret et ad sui obsequium traduceret, insidere in eo potuisse, qui doctrina sua exhortabatur et impellebat omnes, ut res humanas despicerent, divinas studiosissime sectarentur, ut caduca bona, sensuum voluptates, divitias, gloriam spernerent, aeterna bona appeterent, ut veri, candidi, iusti essent, parati ad maximas calamitates pro virtute tolerandas, ut deposito suorum commodorum studio alios quoscunque homines sicut se ipsos diligerent eorumque saluti prospicerent, ut ad Deum, communem omnium Patrem benevolum et misericordem, oculos suos converterent, Deum super omnia toto pectore amarent in eoque firmam spem ponerent, denique ut in omnibus et affectionibus animi et actionibus ad Dei similitudinem se conformare atque hoc modo magis magisque cum Deo coniungi totis viribus conarentur? O stultissimum daemonem, qui talibus morum religionisque praeceptis a Deo avertere hominum animos et in suas trahere partes instituisset! Potestne igitur illud cadere sive in hominem sive in aliud quoddam ens ratione praeditum, ut certum

finem sibi proponat ad eumque assequendum actiones suas dirigat, nihil tamen ea curet, quae aperte ex iis consequuntur actionibus, etiamsi sint maxima neque deleri pro libitu possint, immo etiam proposito fini et ipsi agentis animo et voluntati plane adversentur? Negat sensus communis, et recte negat. Nam etsi theoretica ratio, quippe principium causale (id est causae sufficientis) unicam diiudicandi normam tenens, fortasse non omnes dubitationes excludere potest: tamen, si ad practicae sive moralis rationis leges quaestionem illam revocamus, certissimum iudicium existit. Etenim facile intelligitur, si affirmaremus id, quod quaerebamus, iam omnia aliorum effata pro suspectis habenda esse, iam nullo tempore (nullo in casu) sub quibuscumque demum conditionibus aliorum honestati aliquid tribuendum esse, iam ruere omne officium fiduciae in quacumque demum causa aliis adhibendae, iam in communem ruinam trahi omnia officiorum praecepta, quae sine fiducia aliis adhibita impleri nullo modo possunt. Atqui hoc idem est ac tollere moralem rationem ipsam*). Non igitur doctrina christiana tam mirifice homines ad honestatem sanctitatemque stimulans turpem et a Deo alienum daemonem habere auctorem potuit. Qualis arbor, tales fructus: rectissimeque se habet illud, quod ipse ait Jesus de doctrina sua (Joh. 7, 17): „Si quis voluerit voluntatem eius (qui misit me) facere; cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur, gloriam propriam quaerit; qui autem quaeri

*) Hermesii Introd. Philos. §. 79.

gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, et iniustitia in eo non est."

Contrahamus, quae singula explicata sunt, totiusque summam disputationis in unum colligamus. Primum propter prodigia a Jesu Christo patrata cum morali necessitate, id est ex rationis imperio, credendum est, fuisse in eo altiorem naturae viribus virtutem, sive scientiam spectaveris sive potentiam. Deinde quum Jesus haec ipsa prodigia patraverit ad fines honestissimos; quum etiam tota ipsius vita summum veritatis, integritatis, sanctitatis exemplum nobis ante oculos ponat; quum denique doctrina ab eo tradita idem ex omni parte ingenium spiret, hominesque ad intimam erga Deum pietatem impellat: rursus ratio moralis imperat, ut sine ulla haesitatione credamus fuisse Jesum Christum veri rectique studiosissimum, virtutis et honestatis amantissimum, Deo penitus deditum. Ex quibus efficitur, ut ex eiusdem rationis nostrae imperio etiam firmissima fides testimonio illi adhibenda sit, quod Jesus, quippe et altiori scientia praeditus et veri amantissimus Deoque addictus, de divina sua missione iterum iterumque et apertissimis verbis dedit. Fuit igitur verus Dei legatus; et doctrina ab eo proposita non modo supernaturalem sed etiam vere divinam originem habet*).

*) His argumentis, si videbitur, addi possunt prophetiae Vet. Testamenti futurum Jesu Christi adventum praenuntiantes — nam prophetiae ab ipso Jesu editae et eventu comprobatae annumerandae sunt prodigiis scientiae ab eo patratis —, item prodigia, quae Apostoli et Discipuli Jesu non suo sed Magistri nomine patrarunt, et alia huius generis: nos autem, ne iustos limites huic scriptiunculae positos nimium excedamus, haec om-

Fides, qua hoc credimus, non est temera, caeca, homine indigna, sed rationi maxime consentanea, quandoquidem ad eam suscipiendam propter luculentos divinitatis characteres cum doctrina christiana coniunctos ipsa ratione adducimur. Motivum huius fidei, quae ad altiorem originem doctrinae christianae pertinet, positum est in ipsis characteribus modo commemoratis; nam isti characteres, obiective scilicet, id est cum doctrina christiana tanquam obiecto coniuncti, rationi nostrae tanquam subiecto proponuntur, nec possumus non eosdem ut veros divinitatis characteres agnoscere et credere, nisi deficiamus a ratione ipsa, quam Deus nobis ingeneravit. Est autem fides, de qua loquimur, non mere theoretica, id est, non ex sola rationis nostrae perspicientia, eaque plena et perfecta, proficiscens, ideoque non physice necessaria; sed suscipitur ex imperio rationis practicae sive moralis — tametsi praevium theoreticae rationis iudicium, ut patet ex ipsa demonstratione proposita, non omnino excluditur —, proinde moraliter necessaria est eademque libera et meritoria; quam qui adhibent et servant — omnes autem adhibere et servare debent, dummodo satis diligenter atque ita, ut ipsum postulat officium, totam rei conditionem considerent paratique sint ad obediendum rationi —, in his nascitur et persistit certitudo moralis, plena quidem illa et perfecta certitudo, sed moralis propterea cognominata, quia, ut recte etiam Liebermannus ait loco supra allato, pro fundamento habet

---

nia omittimus, neque vero, ut in his diutius moremur, postquam praecipua totius demonstrationis Hermesianae capita exposuimus, ullo pacto opus esse videtur.

incipia moralia. — Postquam autem de superna-rali et vere divina totius doctrinae christianae origi-), ideoque de facto revelationis divinae per Jesum hristum tanquam legatum Dei, certum nobis atque rsuasum est, non iam amplius quaeri licet, utrum haec ia doctrina in singulis quibusque dogmatis, quae con-et, vera et credibilis sit, nec ne: intercedit enim ctoritas Dei ipsius, qui Summa Ratio et Veritas ;, ut motivum credibilitatis; ita quidem, ut hoc 'ento et proposito credendi motivo iam singula do-ata, etiamsi rationem nostram superantia, nemo negare ssit, nisi divinam totius doctrinae christianae originem sus tollat, aut ipsum Deum sive inscium sive frau-lentum dicat, quod est sacrilegum et ideae Dei, quam io informat, quam maxime contrarium. Imperat igitur tio, ut etiam singulis quibusque dogmatis per Jesum ristum ut legatum Dei nobiscum communicatis firmis-iam fidem constantissime adiungamus, in quibus do-atis hoc est: Jesum Christum esse filium Dei, esse demptorem ac Salvatorem generis humani, et alia multa neris eiusdem. Motivum huius fidei est auctoritas vina. Hoc ubique Hermesius docet, nihil aliud unquam ro summo in mentem venit, facileque accusatores, qui ntrariam ei sententiam tribuerunt — ne dicam affinxe-unt — errorem suum ex Hermesii libris accuratius in-spectis cognoscere potuissent. Sed prius, quam de hac re iligentius disseratur, et quidquid dubitationis aut suspi-onis resideat, apertissimis testimoniis in medium affe-ndis pellatur, non alienum erit hoc loco defendere Her-esium adversus aliam reprehensionem, in quam accu-torum culpa incurrit.

CAPUT VIII.

Ostenditur in expositis Hermesii sententiis de fide nihil inesse, quod pugnet cum doctrina catholica. Qui Pelagianismi Hermesium accusarunt, res diversissimas miscent. Testimonia, ex quibus apparet praestantissimos Theologos, inprimis Episcopum Argentoratensem in Epistola Pastorali a Gregorio XVI. approbata, plane idem atque Hermesium sentire de coniunctione fidei divinae cum ratione humana. Ipsi accusatores adhaerescunt opinionibus pravissimis.

In plano quaerunt salebras, in scirpo nodum. Ad extraneos sensus Scriptorum verba obtorquentur et communes cluditur, ut criminationi tandem atque damnationi sit aliquis locus.

Murator. de Ing. Mod. lib. II. cap. 1.

Errasse Hermesius dicitur „circa gratiae necessitatem.“ Vix dubitari potest, quin ista reprehensio spectet ad Hermesii doctrinam de fide divina. Sumo igitur hanc sententiam subesse: „Hermesius lapsus est in Pelagianismum aut saltem in Semipelagianismum; negavit fidem divinam, sine qua nulla salus est, esse gratuitum Dei donum supernaturale, negavit ad hanc fidem suscipiendam et servandam opus esse superiore quodam afflatu divino; solas naturales hominis vires omnino sufficere contendit.“ Quaero ex Vobis, qui Hermesium accusavistis: quid tandem argumenti habe-

tis, quo istud placitum Vestrum sustentari ullo modo possit? Confidentissime dico in libris damnatis nullum locum extare, ex quo addictum fuisse huic tam gravi errori Hermesium liqueat; neque Vos, etiamsi dies noctesque Hermesii libros perlustretis, eiusmodi locum ullum reperire et excitare poteritis. At visum est Vobis, quod aperte pronuntiatum non sit, id concludendo effici posse. Faciam igitur, primum ut Vestras argumentationes refellam — qua quidem in re quemadmodum par est evitare iram et studium, ita severum exercere iudicium non minus convenit —; deinde ut luculentissimis locis evincam Hermesium ab eo errore, quem Vos ipsi imputastis, vere alienissimum fuisse.

Suspicor Vos argumentatos esse hoc fere modo:

„Hermesius docet omnem fidem, quae certa sit vacetque a formidine errandi, ita coniunctam esse debere cum rationis nostrae legibus, ut homini ratione sua recte utenti sit necessaria.

Atqui necessaria fides non potest eadem esse gratuitum Dei donum supernaturale.

Repugnat igitur Hermesius doctrinae christianae, quae fidem divinam eiusmodi Dei donum esse declarat, repugnat ecclesiae catholicae, quae Pelagianismum et Semipelagianismum damnavit."

Mihi vero non difficile factu videtur ostendere, quam ista argumentatio vitiosa sit, neque recti ratiocinii speciem adsciscere queat nisi per amphiboliam vocabulorum. Diceretis aliquid, si Hermesius de sola necessitate physica sive coactionis loqueretur: quum

autem ab hac studiosissime discernat necessitatem
ralem sive **obligationis**, sua natura diversam a
cessitate coactionis omninoque consentaneam cum li
tate voluntatis cumque gratia divina, non potest
conclusionem illam pervenire nisi ita, ut in praem
talem necessitatem intelligatis, qualem intelligere
mesius neque voluit neque potuit. Ex Hermesii
tentia hoc modo procedet argumentatio:

„Non cum physica necessitate, id est non s
theoreticae rationis legibus penitus coacti, e
pernaturalem et vere divinam doctrinae christi
originem credimus: attamen certissimae rat
practicae leges cum eadem doctrina christiana
que characteribus eius propriis talem coniuncti
habent, ut dubitatiunculas theoreticas, quae p
aliquam plenae perspicientiae defectum res
fiunt, omnino nihili aestimare ratio iubeat atqu
peret, eademque ratio hoc imperio suo nobi
cessitatem moralem sive **obligatione**
ponit sine ulla haesitatione credendi et fuisse
gatum Dei Jesum Christum et ea omnia, qua
bis patefecit, verissima esse.

Atqui haec **necessitas moralis** rationi
perio voluntati imposita **non tollit liberta**
omninoque **fieri potest**, ut voluntas, libera
dem sed debilis natura sua, ad perficiendam
nem moraliter necessariam, id est hoc loco, ad
divinam suscipiendam et servandam, **altiori**
dam afflatu atque adiumento divi
misso indigeat.

Non igitur, qui fidem divinam moraliter necessariam dicit, propterea negat eandem esse donum Dei.

conclusio efficitur plane contraria ei, quam Vos voluistis.

Sed acuitis argumentum supra a Vobis propositum, ut novam, si placet, argumentandi viam ingredientes ad eundem exitum pervenitis. Sorites fere hic est:

„Hermesius fidem divinam a ratione solide demonstrandam esse contendit.

Hac autem demonstratione illud effici vult, ut ex argumentis appareat fidei necessitas, id est, ut clara et perfecta scientia huius necessitatis imbuamur.

Id si est, non demonstrari potest fides divina, nisi ita, ut convertatur in theorema philosophicum ac proinde in syllogismi exacti conclusionem.

Atqui tale theorema et talis conclusio tollit libertatem, duciturque ex sola ratione humana, neque gratuitum Dei donum supernaturale dici potest.

Repugnat igitur Hermesius doctrinae christianae et decretis ecclesiae catholicae de fide divina."

Etiam haec argumentatio, quam non finximus sed scriptam legimus*), maximis vitiis laborat, ideoque con-

*) Confer, quae „plures Catholici" oppressis nominibus suis iam anno 1832 in Ephemeridibus Schafnaburgensibus, praesertim in fol. 15 et 16, satis confuse protulerunt, ut Her-

clusum stare non potest. Si staret, nimirum iam in meri Theologi insignes et ab ecclesia maximopere ae mati ob eam ipsam causam, quod „Demonstrat nem evangelicam“ aut „Demonstrationem reli nis christianae“ vel scripserunt vel poposcerunt ap baruntque, censendi essent in Pelagianismi aut Sem

---

mesium eiusque discipulos Pelagianos facerent. Ibi inte haec leguntur. „Vom Glauben lehrt die Kirche, er sei übernatürliche Tugend. Als Tugend aber ist er zugleic Act unserer Freiheit. Wenn nun behauptet wird, der Gl beruhe auf einer innern Nothwendigkeit der menschlichen nunft: so scheint diese logische (!) Nothwendigkeit den B des Glaubens als einer Tugend oder freien Act des Willens zuheben; denn entweder sehen wir ein, dann müs wir glauben, (id est ex contextu: dann sind wir sisch genöthigt zu glauben,) oder wir sehen ni ein, dann wäre es Inconsequenz und Unverstan glauben. Wir fragen: Ob nicht die Behauptung: der Gl beruhe auf einer innern Natur (!)-Nothwendigkeit den B des Glaubens als einer freien Tugend vernichte? — Kann Glaube in ein philosophisches Theorem verwan werden, und ist er somit der Schlusssatz eines stren Syllogismus: so muss jeder denkende Mensch glauben gentlich wissen). Wir fragen: Ist es möglich den Glauben Vernunftgründen mit natürlicher Evidenz zu deduciren, so jeder denkende Mensch glauben muss, oder ist der Glaube Lehre der Kirche eine Gabe Gottes? — Da das Anerke des menschlichen Vermögens sich nicht anders als empfan bei der Erkenntniss übersinnlicher Wahrheiten zu verha anstatt sie hervorzubringen, da ferner das Erkennen ohne sondere göttliche Hülfe nicht zu fester Ueberzeugung gela zu können, als Anerkennung des eigenen geringen Vermö der Hoffahrt entgegengesetzt ist, und da ferner Jesus C stus in ähnlicher Beziehung sagt: Quomodo potestis dere, qui gloriam ab invicem accipitis, et glori quae a solo Deo est, non quaeritis (Joh. 5, 44) fragen wir: Sollte nicht der Versuch, die übersinnlichen W heiten allein aus sich (!) finden zu wollen, ein theoretis im natürlichen Stolze des Menschen gegründeter, Pela nismus seyn?“

lagianismi errorem incidisse. Nam etsi plura sunt demonstrandi genera — sic aliud est syntheticum, aliud analyticum, aliud directum, aliud apagogicum, aliud conficitur argumentis ex sola ratione haustis, aliud annectitur ad facta externa, ad testimonia et auctoritatem —, tametsi igitur varia sunt et inter sese diversa demonstrandi genera: tamen et nullum est, quod non intellectus aut rationis usum desideret, et omnis solida demonstratio eo dirigitur, ut obscuritatem pellat, claritatem augeat, eiiciat scrupulos, certitudinem vel afferat vel confirmet, mentem quodammodo obstringat, neque fluctuare huc illuc patiatur. Putatisne Theologos illos non solidam sed imperfectam fidei divinae demonstrationem esse conatos? aut voluisse eos ab hac demonstratione excludere omnem rationis usum? aut non propositum sibi habuisse argumentis ponderandis explicandisque illud efficere, ut hominibus ratione sua recte utentibus plana et aperta esset fidei divinae necessitas? Longum est hos omnes Theologos, quorum nomina clarissima sunt, enumerare et ex scriptis eorum congerere enuntiata Vestris contraria opinionibus: attamen mihi temperare non possum, quin Duumviros nostrae aetatis praestantissimos, ab omni haeresis suspicione vacuos, eosdemque et Sanctissimo Patri et Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus haud dubie probatissimos, testes adhibeam.

Liebermannus scripsit „Institutiones Theologicas," satis omnibus notas. Ex his Institutionibus, quemadmodum comperi, in ipso Collegio Germanico, quod Romae floret, ss. Theologia traditur, ut dubitare nemo possit, quin Liebermanni sententiae, praecipue fundamentales, et a Supremo ecclesiae Antistite et a Collegio Cardinalium approbentur. Ibi igitur Lieber-

mannus non solum proponit „Demonstrationem religionis christianae et catholicae,“ sed etiam syllogisticam demonstrandi formam revocat, neque tamen propterea veretur, ne fidem divinam convertat in „theorema philosophicum“ aut in „conclusionem exacti syllogismi.“ Quid? idem Liebermannus haec habet in Tom. I. pag. 35: „Quamvis fidei nostrae assensus uni nitatur auctoritati divinae; et propria fidei causa sit interior Dei afflatus, qua movemur ad assentiendum Deo: requiruntur tamen externa adminicula, quibus persuasum nobis fiat, Deum locutum esse; ex quo sequitur, usum quoque humanae rationis necessarium esse in rebus theologicis; nam *fides*, etsi obscura sit, tamen caeca non est, nec irrationabile obsequium postulat. Non potest intellectus assentiri illis, quae proponuntur sibi ad credendum, nisi ipsi videantur esse credibilia; haec autem diiudicatio rationis opus est, quae et leges tradit recti ratiocinii et firmitatem ostendit criteriorum, quibus verbum Dei ad nos factum fuisse intelligimus.“ Docet igitur cum Hermesio Liebermannus per diligens examen a ratione instituendum perque demonstrationem, quae fiat ex legibus recti ratiocinii menti humanae ingeneratis, nos eo adduci, ut et credibilem et omnino credendam esse doctrinam christianam intelligamus. Quomodo, quaeso, coram Hermesii accusatoribus se liberabit a Rationalismo et Pelagianismo? Nam quod credendi actum suspensum facit ab auctoritate divina, et propriam fidei causam in interiore quodam Dei afflatu positam esse declarat, in eo scilicet a se ipso desciscit, et aut fallaciter agere aut parum considerate iudicandus

est. Demonstrat, humanae rationi tribuit diiudicandi munus, sitne, annon sit, credibilis doctrina christiana, adhibitis artis Dialecticae legibus syllogismos struit, quorum conclusiones fidei articulos exhibent; non potest igitur ullo pacto effugere Rationalismi et Pelagianismi notam.

Sed multo etiam apertius loquitur Episcopus Argentoratensis, Le Pappe de Trevern, Vir summe Venerabilis et eximia doctrina praeditus. Is anno 1834 adversus Bautaenium, insignem rationis humanae detrectatorem, edidit Epistolam Pastoralem, ita inscriptam: „Avertissement sur l'enseignement de M. Bautain.“ Atque haec Epistola, quam ipse Sanctissimus Pater litteris Romae datis die 20. Decemb. eiusd. an. approbavit et laudavit, referta est plane iisdem sententiis, quas profitentur Hermesius eiusque discipuli, praesertim circa fidei divinae cum ratione coniunctionem. Placet ex hoc aureo libello complures locos apponere. Pag. 13 Episcopus Reverendissimus, Pascalii verba sua faciens, haec ait: „Si omnia subieceris rationi, Religio nostra nihil arcani habebit, nihil supernaturale. Si labefactaveris principia rationis, religio nostra erit absurda et ridicula. (At reiicere ea nonne est labefactare?) Ratio, ut ait s. Augustinus, nunquam se submitteret, nisi iudicaret esse occasiones, ubi submittere se debeat. Itaque fas est ut submittat se, quum iudicat id fieri debere, atque ut non submittat se, quum propter idoneam causam iudicat id fieri non debere*). Nihil est tam conveniens rationi, quam

*) Il est donc juste qu'elle se soumette, quand elle juge qu'elle doit se soumettre, et qu'elle ne se soumette pas, quand elle juge avec fondement qu'elle ne le doit pas.“ His verbis

abnegatio (voluntaria submissio, le desaveu) rationis in rebus quae sunt de fide: nihil tam contrarium rationi quam abnegatio rationis in rebus quae non sunt de fide. Haec sunt duo extrema iustum modum excedentia et aeque periculosa, excludere rationem et unam admittere rationem." Et pagina subsequenti, postquam eos, qui cordis sensu religionem Dei beneficio amplexati sunt, praedicavit valde beatos valdeque persuasos, ita pergit: „His autem, qui Religione carent, non possumus eam procurare nisi per ratiocinium; expectantes fore, ut Deus in corda eorum ipse eam imprimat, sine qua inutilis fides est ad salutem." Quum Episcopus a Deo repetat fidem vivam, efficacem, vere salutiferam: tamen non spernit ratiocinium, immo etiam incredulos homines non posse ad fidem adduci contendit nisi ratiocinando, hoc est, ratiocinando illud ante omnia efficiendum esse iubet, ut intelligant increduli fidem adhibendam esse. Pag. 15 haec leguntur: „Non postulat Deus, ut fidem ipsi adhibeamus sine ratione, neque nos sibi subiicere vult tyranni instar. Veruntamen etiam non intendit omnium rerum rationem reddere hominibus. Ad concilianda haec, quae contraria sunt, monstrat nobis luculentas divinitatis suae notas, quibus convincamur de eo quid sit, miraculisque et argumentis, quae recusare non possimus*)

ad certitudinem requirit, ut ratio intelligat credendi necessitatem (moralem): quae ubi desideretur, ibi iniuste ac temere credi statuit.

*) „par des preuves que nous ne puissions refuser." Iterum necessitatem credendi significat; nam argumenta, quae ratio nostra recusare non possit, profecto hanc habent vim, ut afferant assentiendi necessitatem, sive physicam, sive moralem.

auctoritatem sibi parare intendit, ut deinde sine ulla haesitatione credamus ea, quae nobiscum communicat" Idem Episcopus Bautaenium, qui miraculis negaret vim ullam inesse ad fidem vere probandam, qui omnino luculentam demonstrationem nullam agnosceret, qui obscuriorem sensum communem (instinctum pietatis) nimis extolleret prae ratione, neque huic in rebus ad religionem pertinentibus iudicium ullum concederet, pag. 23 his vocibus reprehendit: „Haud dubie magnae sunt dulcedines illae secretae, quas quidem effundit Deus in animas simplices, in eos qui sensu tenent Revelationem christianam ipsiusque miracula. Corde, ut ait Pascalius, de iis iudicant, quemadmodum alii mente. Sunt igitur, secundum Pascalium, qui sane de iis iudicent mente. At secundum Bautaenium nemo de iis indicare potest hoc modo. Nos dicemus ipsi, si docti homines christiani non haberent certa argumenta circa Religionem, ad confirmandam huiusce veritatem valde exiguum adiumentum allaturam esse fidem simplicium." His locis, quibus nihil potest esse magis perspicuum, adiicimus alios quosdam non minus luculentos. Pag. 29 haec sunt: „Religio christiana, quemadmodum ait intimus Pascalii amicus, sine dubitatione agnoscit genium humanum non posse pertingere ad altitudinem mysteriorum quae tradit, arctioribusque limitibus esse circumscriptum, quam ut fundamenta aperturum sit in aeternis veritatis fontibus, ad quos si acies eius pertingere posset, nimirum fundamenta illa tam clare conspiceret quam prima principia. Nihilominus eadem Religio non poscit, ut simpliciter fidem ei adiungamus sine probatione, et per caecum quen-

dam instinctum. Neque Deus homini ratio- nem et intelligentiam dedit ad impertiendum ipsi tam grande munus, non modo vanum, sed etiam noxium futurum, si res ad credendum nonnisi eas proponeret, adversus quas con- tinua rebellione implicatum foret proprium cognoscendi instrumentum. Haec utique hae- reditas est sectarum istarum, quae fundamen- tum non habent nisi in commentis pervicaci- bus et temerariis visionibusque hominum fa- naticorum, quaeque nec stabiles fiunt nec subsistunt nisi per errorem rationis similem eius erroris, qui ipsas procreavit: quum con- tra talis est Religio christiana, ut, quamvis impenetrabilis sit altitudo mysteriorum quae continet, de his tamen nisi per aliam erroris speciem dubitare non possimus."*) Et paulo post haec leguntur: „Quum eo adducti fuerint, ut videant Religionem christianam arctissime annexam esse rebus factis, quarum verita non potest bona fide impugnari, oportet u vel omnibus quae tradit se submittant, ve deficiant a sinceritate, a ratione."**) Non pos

*) Postrema verba: „on n'en sauroit douter que par une aut espèce d'égarement (de la raison)," rursum satis indicant h minem, qui rectam rationis viam sequatur erroresque in utr que parte sitos diligenter evitet, eo pervenire, ut intellig necessitatem credendi, etiam mysteria religionis christiana

**) Etiam hoc loco significat credendi necessitatem, et aperti sime quidem, neque simplicem tantum, sed duplicem, quaru altera pertineat ad facta, quae in demonstranda religione chi stiana pro fundamento sint, altera ad ipsa dogmata re gionis christianae. Intelligitur autem necessitas morali

a non exscribere locum, quem ex ingeniosissimo bate Du Guet sumtum Episcopus Argentoratensis g. 36 opponit Bautaenio. Locus ita sonat: „Non emus, quae credimus — loquitur de fide divina —: si bene cognita habemus argumenta Religi-is, clare videmus oportere, ut eam credamus.*) Tum recta ratio ducit ad Revelatio-m, cuius et necessitatem aperit et securi-tem (certitudinem). Ratio hominem quasi anu apprehendit eumque introducit in sanc-tarium, ipsa sese retinens in vestibulo. Huc-que ratio ei loquitur: postquam autem tradidit m Religioni, ipsa tantummodo admiratur servatque entium. Audi, inquit ei, Magistrum me superiorem; em ut audias unum neque me amplius consulas, ad stremum tibi praescribo: ita fit meo iussu, ut me relinquas, et mea lux est, quae ad aliam te cit. Equidem fas est ut sciam, sitne Deus, i sua nobis revelet consilia atque mysteria, penetrare et comprehendere omnia velle, quae nobis elat, insania foret..... Apertum est, si rationi temperaremus, fidem illam, qua creduntur myste- vel maxime incomprehensibilia, non modo nihil ha-uram esse, quod offenderet, sed ipsam eorum altitu-tem peculiare quoddam divinitatis signum fore, pro-

ut ipsa verba declarant: „dont la verité ne peut être contestée de bonne foi," et deinde: „il faut qu'ils se soumettent, ou qu'ils renoncent à la sincerité, à la raison."

*) „On voit clairement, qu'il faut la croire." Non minus igitur Guetius contendit credendi necessitatem moralem, eiusque claram intelligentiam proficisci ait ex argumentorum consideratione, ex demonstratione.

futurum scilicet ad rationem submittendam.*) Omnino ante omnia exquirit certitudinem Revelationis. Parata est enim se obcaecare, sed soli Deo; facileque patitur sua lumina sacrificari, sed illi tantum cui accepta refert." Ad haec verba sapientiae plenissima adiiciamus Quaestionem Sextam Bautaenio ab Episcopo Argentoratensi propositam atque hoc modo expressam: „Nonne rationi, quamvis sit obscurata et debilis facta per peccatum originale, satis tamen claritatis atque roboris ad hoc residuum est, ut nos certo ducat et ad Dei existentiam et ad Revelationem factam Iudaeis per Moysen, Christianis per Deum Hominem adoratione dignum?" Respondit Bautaenius: „Si solis suae rationis viribus eo pervenire posset homo, ut certus fieret de existentia Dei et agnosceret utriusque Revelationis veritatem, hoc est, si per se ipse omnia sibi comparare posset ad salutem suam necessaria, prorsus a nemine penderet tam in scientia sua quam in fide; non posset, nisi sua se dignitate exueret, neque dogma ullum neque praeceptum ullum recipere, quod non antea posuerit aut comprehenderit

*) Nimirum hoc iure expectamus, quemadmodum supra dixi (pag. 31 ss.), ut peculiaris quaedam revelatio divina non solum naturales sed etiam supernaturales (supra nativam humanae rationis vim positas) veritates nobiscum communicet. Itaque si rectae rationis usu eo venimus, ut intelligamus credendam esse divinam doctrinae christianae originem, tantum abest ut iam offendere nos debeant singula quaedam dogmata, quae superant comprehensionem nostram, ut etiam a recta ratione deficiendum esset, si istam quorundam dogmatum conditionem pateremur nobis offensioni esse aut incredulum animum excitare. Ex quo fit, ut Guetii verba supra commemorata et valde acutum et verissimum sensum habeant.

ipsius ratio, itemque non iam opus haberet neque redemptione, neque gratia, neque evangelii praedicatione, neque imprimis Ecclesia. Minime vero, non ita se res habet.“ Eodem modo, nisi me omnia fallunt, interrogati, respondissent Hermesii accusatores. Sed audiamus, quid Episcopus ad haec: „Postremum hoc, inquit, responsum, etsi minus diffusum, fere omnes praecedentium errores denuo complectitur. Quid? si per rationem eo pervenire posset homo, ut certus fieret de existentia Dei et de utriusque Revelationis veritate, a nemine penderet et in scientia sua et in fide! Qualis idearum confusio! Quid tandem requiritur, ut sciamus et esse Deum Creatorem, et eundem huic mundo sese revelasse per Moysen et Jesum Christum? Satis est *recte* uti ratione. Duae illae veritates ducunt ad *fidem*, praecedunt eam, neque sunt eius obiecta*). „„Non posset homo, nisi sua se dignitate

*) „Elles en sont les préliminaires et non les objets.“ Etenim pro obiectis fidei, si proprie loquimur, ea tantum habenda sunt, quae Deus nobis revelavit, quaeque credimus propter auctoritatem divinam. Est autem mens nostra ita comparata, ut talis credendi actus et agnitio ipsius auctoritatis divinae in nobis haudquaquam nasci possit, nisi sub his duabus praeviis conditionibus: primum ut esse Deum nobis persuasum sit; deinde ut certum exploratumque habeamus, revelationem aliquam, quae se divinitus traditam profitetur, reapse Deum habere auctorem. Rectissime igitur accommodateque ad immutabiles mentis humanae leges Episcopus Argentoratensis duas illas veritates esse praeambulas fidei dicit, nempe illius fidei, quae nititur auctoritate divina eiusque agnitione: Bautaenius autem, qui etiam harum duarum veritatum certitudinem negat petendam esse a recto rationis usu facitque suspensam ex agnitione auctoritatis divinae, non solum omnia turbat, naturalem cogitandi ordinem detorquens et leges ab ipso Deo rationi nostrae ingeneratas evertens, sed etiam, id quod pessi-

exueret, neque dogma ullum neque praeceptum ull... recipere, quod non antea comprehenderit aut possi... ratio."" Plane contrarium dici oportuit; nam post quam Deum loquutum esse agnovimus, omnin... pugnaret cum ratione non obedire ipsi. „„H... mo non opus haberet neque redemptione, neque gra tia, neque praedicatione, neque Ecclesia."". Immo i contrario hi soli sentiunt se illis rebus vel maxime opus ha bere, qui agnoscunt divinitatem Revelationis: hanc autem qui reiiciunt, hi minime curant ipsius praecepta et do gmata." Concludat seriem memorabilis locus, qui extat pag. 48, ubi adversus Bautaenium ostendit Episcopus summe Venerabilis, quemadmodum interiecto tam longo temporis spatio omnino certos nos fieri liceat de veri tate rerum gestarum, quae Caesari aut aliis viris tribu antur, sic posse etiam nostra aetate non verisimilitudi nem tantum, sed certitudinem, moralem scilicet comparari de veritate prodigiorum, quae patrata fuerint a Jesu Christo et ab Apostolis, quaeque ad demon strandam supernaturalem et divinam doctrinae christia nae originem quam plurimum valeant. „Ordientes, hae sunt verba ipsius, a fide, qualis nunc revera existit freti interpositis hominum aetatibus, necessario regredi mur ad aetatem testium ocularium. Non possit igitur ve levissima hodie dubitatio esse de miraculorum nostro...

---

mum est, religionem risui exponit omnemque viam iusto mo... ad fidem divinam perveniendi praecludit. Propterea non i... iuste Episcopus fecit, quum Bautaenium, praesente huius dis... pulo, alloqueretur his verbis gravissimis: „Non posses pr... clarius rem tuam agere, si evertere Religionem ti... propositum esset, quod certo est a mente tua ali... num." Quae verba quatenus etiam in accusatores Herme... cadant, videbimus postea.

rum veritate, quippe connexa cum legibus cumque ordine morali, quae regunt corda humana tanta cum certitudine, quanta per naturalem ordinem regitur hic mundus materialis. Stet etiam decem millia annorum societas humana, non minor equidem ex hoc argumento certitudo proficiscetur extremo die quam saeculo primo. Quod qui non videt, hebetis ingenii est; qui videt, nec tamen assensum adiungit, captus est obstinacia insanabili." Sed haec hactenus.

Ex his si aliquid perspicuum est, illud profecto est, plane eandem ab Episcopo Argentoratensi atque ab Hermesio statui coniunctionem fidei divinae cum ratione humana. Profiteretur hoc sine ulla verborum ambiguitate Hermesius, si etiam in vivis esset, possetque se ipse tueri adversus accusatores suos: nunc omnes eius *libri* loquuntur, omnes egregii Praeceptoris discipuli uno ore pronuntiant. Vult igitur Episcopus, quod idem velle Hermesium accusatores ipsi minime negaverint, ut docti Theologi*) demonstrent fidem christianam, ut demonstrent ex argumentis idoneis et recto rationis usu, ut hac demonstratione evincant et planum faciant necessario credendam esse et divinitatem et veritatem doctrinae christianae, hoc est, ut claram intelligentiam et sibi et aliis parent, primum eam fidem, qua supernaturalis et divina doctrinae christianae

*) Nam de indoctis hominibus hic quidem sermo non est. Ceterum per se lucet posse etiam indoctos, quoniam et ipsis insita est sana ratio, veri rectique sensus, lex moralis, non minus quam doctos cum ratione amplecti et tenere fidem divinam. At doctorum hominum est, quod minus cadit in indoctos, clare intelligere, posse causas explicare, posse accuratissimam rationem reddere atque hoc modo vel ipsis scientiae armis tueri sanctissimum fidei divinae depositum.

origo creditur, propter luculentos characteres cum hac doctrina coniunctos non posse recusari a nobis, nisi a ratione deficiamus, deinde vero, explorata supernaturali et divina doctrinae christianae origine, etiam eam fidem, qua creduntur singula quaeque Jesu Christi effata etiamsi incomprehensibilia propter intercedentem Dei auctoritatem non posse recusari a nobis, nisi item a ratione deficiamus. Sic ratio, quamvis infirma, at certe aliqua luce praedita, hominem obedientem certo ducit aut potius ipsa ducitur ad suscipiendam fidem divinam, ad agnoscendam altiorem lucem splendore suo replentem coelum et terram. Haec docet Episcopus Argentoratensis, haec urget gravissimisque verbis inculcat; Bautaenium, contra statuentem et nihil fere rationi praeter vim inertiae tribuentem, ut temerarium pretiosissimi muneris a Deo accepti detrectatorem condemnat. Prorsus eodem modo Hermesius, ne hilum quidem discedens ab hoc eximio Pastore. Stat igitur pro Hermesio Episcopus ampla auctoritate pollens, stat ipse Sanctissimus Pater, qui illius approbavit Epistolam Pastoralem, non uno loco et quasi in transcursu attingentem, sed iterum iterumque explicantem, quomodo Theologia cum Philosophia, fides divina cum ratione humana connexa atque copulata sit.

Maximis vitiis laborare diximus soriten supra propositum ex mente adversariorum. Quod ut magis incurrat in oculos, ex adverso ponimus hunc alterum soriten, eumque, ut credimus, meliorem:

Hermesius fidem divinam a ratione solide demonstrandam esse contendit.

Hac demonstratione illud effici vult, ut ex ar-

gumentis non a sola ratione petitis sed extrinsecus oblatis appareat fidei necessitas moralis, hoc est, ut clara intelligentia imbuamur, propter motiva externa et divinam doctrinae christianae originem et singula quaeque Jesu Christi effata cum morali necessitate credenda esse.

At si clare intelligimus aliquid cum morali necessitate credendum esse propter motivum externum, inprimis propter auctoritatem divinam; hac quidem intelligentia non efficitur, neque ut id ipsum, quod ad credendum propositum est, ratione nostra perspiciamus et comprehendamus, neque ut physice cogamur adhibere fidem.

Id si est, per demonstrationem illam, quam Hermesius voluit post alios Theologos innumerabiles, neque convertitur fides divina in theorema philosophicum, neque quidquam officitur libertati, neque excluditur ullo modo gratia divina.

Non igitur Hermesius repugnat doctrinae christianae aut ecclesiae catholicae decretis.

ruit Vester ille syllogismus acervalis, et rursus nclusio efficitur plane contraria ei, quam Vos inistis.

Numquid in promtu est, quo videamini Vobis hanc stram argumentationem infringere, Vestram sustentare sse? „Qui rationi tribuit diiudicandi provinciam, sit, annon sit, credibilis doctrina christiana, is rationis ctoritatem superiorem facit auctoritate divina.“ Pror-

sus novum atque inauditum hoc est, et certe Vobis refragantur et Liebermannus et Episcopus Argentoratensis et innumeri Theologi praestantissimi, qui examen a ratione instituendum de illa credibilitate et solidam religionis christianae demonstrationem rationis ope perficiendam non modo non superfluam sed necessariam esse arbitrantur*). Quid Hermesius de auctoritate externa? Negat, et recte negat, esse unicam causam idoneam, qua ad credendum, id est ad firmam persuasionem suscipiendam moveamur: at saepe huiusmodi causam esse, eamque omnino a ratione agnoscendam, ubique profitetur. Placet hic unum afferre locum; nam alios *infra* excitabimus. In Introductione Philosophica §. 44 *sub* num. 3 haec sunt: „Ratio nostra saepe auctoritatem externam, non modo divinam sed ipsam etiam humanam, ut motivum assentiendi, ideoque ut motivum fidei agnoscere debet.“ Quodsi igitur recta ratio, inquirens credibilitatem doctrinae christianae, eo ducitur — et profecto non potest non eo pervenire —, ut iubeat nos et divinam doctrinae christianae originem sine ulla haesitatione credere, et singulis quibusque Jesu Christi effatis, quamvis incomprehensibilia sint, propter auctoritatem divinam firmissimam fidem adiungere: nonne iam ipsa ratio suam auctoritatem divinae subiicit et subiiciendam esse declarat, suam lucem, ut utar Guetii verbis supra commemoratis, altiori luci sacrificat? Ita fit, ut plane contra, ac Vos dicitis, rem sese habere appareat.

---

*) Conferatur inter alios etiam Muratorius de Ingeniorum Moderatione lib. I, cap. 2—5.

Sed instatis Hermesio eiusque discipulis hoc modo:

„Humana ratio erroribus obnoxia est.

Si erroribus obnoxia est, certa quidem nulla sunt rationis principia, neque ex his certo quidquam colligi potest, ne existentia quidem Dei aut animi immortalitas.

Contra Deus, quemadmodum etiam testatur ecclesia, est auctoritas infallibilis, confirmans et ipsam Dei existentiam et alia, quae vera sunt.

Quod quum ita se habeat, ordiendum est ab hac auctoritate infallibili, non a ratione humana, quae facultate caret ad ullam perveniendi certitudinem.

Ergo Hermesius, qui contra facit et rationis ope veritatem religionis christianae demonstrare aggreditur, tollit auctoritatem divinam, tollit fidem, quae hac nititur auctoritate, incidit in Rationalismum et Pelagianismum.“

Puderet profecto istam argumentationem in medium offerre, nisi prope iisdem verbis scriptam legeremus*).

*) Nam iidem illi „plures Catholici“ in Ephemeridibus Schafnaburgensibus l. c. haec typis excudenda curarunt: „Da jede menschliche Vernunft als endlich dem Irrthum ausgesetzt: so kann die Freiheit vom Irrthum oder die Unfehlbarkeit nur in einem unendlichen Verstande werden, dessen Wesen die Wahrheit ist (Ego sum veritas), und da mithin ein unfehlbares Zeugniss nur von Gott kommen kann, so fragen wir: Kann nach der Lehre der Kirche das Princip oder der Grund des Glaubens im Subjecte des Glaubens selbst, oder muss er in einem äussern Zeugnisse gefunden werden, und lehrt nicht die Kirche, dass dieser Grund kein anderer sey, als die göttliche Autorität selbst? — Alle Beweise für irgend ein Dogma, z. B. vom Dasein Gottes oder von der Unsterblichkeit der Seele, können

Iam luce meridiana clarius est Vos adhaerescere Bautaenii placitis: ut ea omnia, quae Bautaenio proposuit Episcopus Argentoratensis, praesertim ad Quaestionem Sextam, etiam in Vos cadant. Esse Deum, Creatorem, eumque huic mundo sese revelasse per Moysen et Jesum Christum, has duas veritates Episcopus ait praecedere fidem divinam, quae proprie dicatur (elles en sont les préliminaires), idemque ad has veritates certo inveniendas sufficere contendit rectum rationis usum, quod idem sacri codices satis clare testantur: Vos ad neutram certo inveniendam ac demonstrandam valere quidquam decernitis rationem humanam, Vos ipsam fidem, qua credimus Deum, id est, existentiam Dei, suspensam facitis ab ea fide, qua credimus Deo, id est, auctoritati divinae, neque animadvertitis versari Vos in circulo vitiosissimo totumque placitum Vestrum laborare petitione principii. „Erroribus obnoxia est ratio humana; ergo nulla sunt certa rationis principia, neque ex his certo quidquam colligi potest.“ At qualis, quaeso, est ista conclusio Vestra! Muratorius quidem, Vir gravissimus, qui lib. I. de Ingeniorum Moderatione cap. 6 diligenter et perquam erudite explicat causas, quibus fiat, ut facile mens humana in multiplices errores inducatur, nihilominus certissima quaedam, tum theoretica tum practica, rationis principia esse contendit, idemque cap. 7 nonnulla

---

keine unumstössliche Evidenz haben, weil sie Beweise menschlicher Vernunft sind, an denen man aus andern Gründen entweder die Principien oder die Folgerungen abläugnen kann, sie begründen höchstens eine grössere oder geringere Wahrscheinlichkeit. Ihre eigentliche Gewissheit haben sie nicht von der Demonstration, sondern im Glauben an die göttliche Auctorität.“

talium principiorum exempla proponit, immo etiam sexcenta alia eiusdem generis enumerari posse existimat. Vos, si placebit, inspiciatis haec exempla, et, si poteritis, confutetis. Eodem cap. 7 Muratorius haec habet: „Non insani minus ii sunt ac deplorandi, qui omnia vi suae rationis assequi posse sibi videntur, quam qui nihil. Eo argumenta nostra attentum lectorem non deducunt, neque porro deducere possunt. Non extinctum, sed infirmum esse in homine rationis vigorem, et verum difficile posse ac solere inveniri diximus; non autem eius inveniendi spem omnem sustulimus.“ Vos ita loquimini, quasi nihil amplius in homine ratio valeat, quasi non obscurata ac debilitata sit, sed penitus extincta aut saltem ad facultatem mere passivam deiecta; quibus omnibus nihil potest a fide christiana atque catholica magis esse alienum. Sed quoniam fortasse parum tribuitis Muratorio, praesertim quum totus eius liber de Ingeniorum Moderatione cum Hermesiana inquirendi ac disputandi via mirifice conspiret, in memoriam revocanda sunt, quae Bautaenio, plane similia ac Vos proferenti, in Epistola illa ab ipso Sanctissimo Patre approbata ante oculos posuit Episcopus Argentoratensis. „Si labefactaveris, inquit, rationis principia, religio nostra erit absurda et ridicula. At reiicere ea nonne est labefactare?“ Mitto alia eiusdem generis. Quodsi igitur sunt certa rationis principia, et si ex his etiam certo aliquid colligi potest, facile intelligitur disruptam esse coniunctionem membrorum, ex quibus Vestra illa argumentatio consistit, nec posse legitimo modo ad finem Vobis propositum perveniri. Dicetis me vim intulisse Vestris ipso-

rum verbis: non ad unum omnia rationis principia, eaque certa, a Vobis negari; in aliis disciplinis valere quidquam rationem, in Theologia nihil valere; nulla esse rationis principia, quibus ad certam aut existentiae Dei aut alius cuiusdam, ne unici quidem, dogmatis a Jesu Christo traditi cognitionem adducamur. Respondeo: Vos certe per totum illum locum, quo Hermesio Hermesianisque Pelagianismi notam inurere conamini, ita ad morem Bautaenii detrectatis atque labefactatis rationem, ut, quomodo vel unicam veritatem philosophicam rationis usu certo inveniendam agnoscere possitis, me prorsus effugiat. Sed ultro largiar Vobis, secundum quid, non simpliciter accipiendam esse Vestram sententiam; ac nequid in hoc genere dubitationis relinquatur, ipsissima verba Vestra in latinum conversa recolere placet. Sunt autem haec: „Omnes demonstrationes cuiuscunque dogmatis, e. c. existentiae Dei aut animi immortalitatis, non possunt firmam evidentiam habere; sunt enim demonstrationes rationis humanae*),

---

*) Ambiguum hoc est: vel enim tales demonstrationes significari possunt, quae fiunt per usum rationis, id est, quas ratio suscipit ac proponit, vel tales, quae simul fiunt argumentis ex sola ratione haustis. Harum significationum una ab altera toto coelo differt, quam qui non cernunt differentiam, eos necesse est miscere ac perturbare omnia, immo etiam, id quod peius est, in aliis hominibus facillime odorari opiniones haereticas. Apud Germanos quidem loquutio illa: Beweise der menschlichen Vernunft, id est demonstrationes rationis humanae, aut semper aut plerumque habet significationem priorem. Nam Germani, ubi significare volunt etiam argumenta ex sola ratione petita esse, dicere potius amant: Vernunft-Beweise, aut reine Vernunft-Beweise. Jam si loquutio illa primo sensu accipitur, nemo sanus negaverit omnem demonstrationem, quamvis conficiatur argumentis extrinsecus petitis, rationi tribuendam esse. Accusatores autem, (ut

in quibus ex aliis causis vel principia vel consectaria negari possunt, (proinde) ad summum aliquam, sive maiorem sive minorem, verisimilitudinem efficiunt. Veram certitudinem suam non habent a demonstratione (dubium hic videtur, sitne subaudiendum: demonstrationes rationis humanae, an: dogmata), sed in fide adhibita auctoritati divinae." Non attinet hoc loco repetere id, quod supra iam diximus de petitione principii, in quam incidere Vos apertum est suspensam facientes fidem, qua credimus existentiam Dei, a praevia agnitione auctoritatis divinae: alia sunt, quae praetermittere nolumus. Vos igitur negatis posse vel unicum dogma, id est vel unicam earum veritatum, quas Jesus Christus nobiscum communicavit, rationis usu certo inveniri. Equidem scire velim ex Vobis, quantum hoc distet a plena et perfecta rationis extinctione. At Vestrae sententiae plane contrariam et antehac docuerunt et etiamnum docent Theologi omnes, qui aliquod nomen habent. Sic Liebermannus, ut huius iterum auctoritate utar, Tom. I. Institut. Theolog. pag. 37: „Dogmata alia, inquit, pura vocantur, alia mixta. Pura sunt, quae sola nituntur auctoritate divina, et alio nomine Mysteria vocantur. Mixtae dicuntur illae fidei veritates, quae non tantum ex revelatione probantur, sed

---

satis declarat orationis contextus,) loquutionem a se illatam non primo et vulgari, sed altero sensu accipiunt. Atque hoc idem facere solent in interpretando Hermesio: quae causa est, ut fere omnia Hermesii dicta perperam accipiant. Quotiescunque apud Hermesium sermo fit de usu rationis necessario ad divinam originem et veritatem doctrinae christianae demonstrandam, hoc ita interpretantur, ut Hermesium putent ex sola ratione doctrinam christianam deducere, id est in meram convertere Philosophiam velle.

rum verbis: non ad unum omnia rationis principia, atque certa, a Vobis negari; in aliis disciplinis valere quidquam rationem, in Theologia nihil valere; nulla esse rationis principia, quibus ad certam aut existentiae Dei aut alius cuiusdam, ne unici quidem, dogmatis a Jesu Christo traditi cognitionem adducamur. Respondeo: Vos certe per totum illum locum, quo Hermesio Hermesianisque Pelagianismi notam inurere conamini, ita ad morem Bautaenii detrectatis atque labefactatis rationem, ut, quomodo vel unicam veritatem philosophicam rationis usu certo inveniendam agnoscere possitis, me prorsus effugiat. Sed ultro largiar Vobis, secundum quid, non simpliciter accipiendam esse Vestram sententiam; ac nequid in hoc genere dubitationis relinquatur, ipsissima verba Vestra in latinum conversa recolere placet. Sunt autem haec: „Omnes demonstrationes cuiuscunque dogmatis, e. c. existentiae Dei aut animi immortalitatis, non possunt firmam evidentiam habere; sunt enim demonstrationes rationis humanae*),

---

*) Ambiguum hoc est: vel enim tales demonstrationes significari possunt, quae fiunt per usum rationis, id est, quas ratio suscipit ac proponit, vel tales, quae simul fiunt argumentis ex sola ratione haustis. Harum significationum una ab altera toto coelo differt, quam qui non cernunt differentiam, eos necesse est miscere ac perturbare omnia, immo etiam, id quod peius est, in aliis hominibus facillime odorari opiniones haereticas. Apud Germanos quidem loquutio illa: Beweise der menschlichen Vernunft, id est demonstrationes rationis humanae, aut semper aut plerumque habet significationem priorem. Nam Germani, ubi significare volunt etiam argumenta ex sola ratione petita esse, dicere potius amant: Vernunft-Beweise, aut reine Vernunft-Beweise. Jam si loquutio illa primo sensu accipitur, nemo sanus negaverit omnem demonstrationem, quamvis conficiatur argumentis extrinsecus petitis, rationi tribuendam esse. Accusatores autem, (ut

in quibus ex aliis causis vel principia vel consectaria negari possunt, (proinde) ad summum aliquam, sive maiorem sive minorem, verisimilitudinem efficiunt. Veram certitudinem suam non habent a demonstratione (dubium hic videtur, sitne subaudiendum: demonstrationes rationis humanae, an: dogmata), sed in fide adhibita auctoritati divinae." Non attinet hoc loco repetere id, quod supra iam diximus de petitione principii, in quam incidere Vos apertum est suspensam facientes fidem, qua credimus existentiam Dei, a praevia agnitione auctoritatis divinae: alia sunt, quae praetermittere nolumus. Vos igitur negatis posse vel unicum dogma, id est vel unicam earum veritatum, quas Jesus Christus nobiscum communicavit, rationis usu certo inveniri. Equidem scire velim ex Vobis, quantum hoc distet a plena et perfecta rationis extinctione. At Vestrae sententiae plane contrariam et antehac docuerunt et etiamnum docent Theologi omnes, qui aliquod nomen habent. Sic Liebermannus, ut huius iterum auctoritate utar, Tom. I. Institut. Theolog. pag. 37: „Dogmata alia, inquit, pura vocantur, alia mixta. Pura sunt, quae sola nituntur auctoritate divina, et alio nomine Mysteria vocantur. Mixtae dicuntur illae fidei veritates, quae non tantum ex revelatione probantur, sed

---

satis declarat orationis contextus,) loquutionem a se illatam non primo et vulgari, sed altero sensu accipiunt. Atque hoc idem facere solent in interpretando Hermesio: quae causa est, ut fere omnia Hermesii dicta perperam accipiant. Quotiescunque apud Hermesium sermo fit de usu rationis necessario ad divinam originem et veritatem doctrinae christianae demonstrandam, hoc ita interpretantur, ut Hermesium putent ex sola ratione doctrinam christianam deducere, id est in meram convertere Philosophiam velle.

etiam ex ratione naturali, qualis est doctrina de u
Dei et immortalitate animae.“ Addit Liebermann
rectissime illud quidem: „Ubi tamen notandum, eas
tantum veritates fidei effici, cum ex fidei principiis
ducuntur.“ Prorsus eodem modo Hermesius locis q
plurimis, veluti Theol. Dogm. P. I. §. 3 pag. 1
„Omnia dogmata revelata, i. e. modo supernat
tradita, qua talia veritatem suam unice petun
auctoritate entis supernaturalis, a quo h
nibus tradita sunt.“ Deinde adiungit sub astei
„Dico: qua talia; nam fieri potest, ut idem d
simul etiam sit dogma rationis; et quatenus ho
nititur argumentis ex ratione petendis.“ Vos
dogmata, omnes veritates revelatas in mysteria co
titis, omne vinculum tollitis inter revelationem sup
turalem divinam et rationem humanam, neque intell
quam horribiles sententiae, quibus enumerandis su
demus, ex Vestro illo placito proficiscantur. Et nii
in hac re Vobis quidem consentanei estis, a sacri
tem codicibus maximopere discrepantes, qui itei
gatis aut certe dubium facitis, rationem homini
dentem ita esse comparatam a Creatore, ut etia
practica sive moralis, hoc est, ut dictet off
rum praecepta*). Putatis adeo discrimen int

*) In Ephemeridibus Schafnab. l. c. haec leguntur: „Die vo
mes angenommenen Begriffe von theoretischer und
plichtender (practischer) Vernunft sind subjecti
dividuell und der Kantischen Philosophie entl
Dass im Menschen neben der erkennenden noch eine b
dere verpflichtende Vernunft, und dass die Ve
als eine rein menschliche verpflichtend sei, (der kateg
Imperativ der Kantischen Philosophie) sind Postulate,
nicht erwiesen werden können.“

m. theoreticam et practicam ab Hermesio tum esse e Philosophia Cantiana, quasi non idem discrimen iisdem etiam vocibus fecerint Philosophi ci et Romani, quasi non idem fecerint Theologi lastici, quasi non idem, si minus iisdem verbis nicis, saltem quoad sensum omnes homines faciant, ationem ipsis a Deo ingeneratam praecipere, iubere, rare hoc illud affirmant. Ex Vestra sententia inm est iubere rationem, ut libidines coerceamus, alteri iniuriam afferamus, et alia multa huiusce-Quid? etiam hoc incertum est iubere et impe-ationem nobis insidentem, ut divinam doctrinae ianae originem credamus, et Deo revelanti firmis-a fidem adhibeamus. Nam si omnino dubium est, s quidem statuitis, habeatne, annon habeat, ratio i data a Deo etiam facultatem et quasi potentiam cam, qua praecipiat, iubeat, imperet, liberam ho-voluntatem ad honesta dirigat, ab inhonestis aver-tionesque ipsius in vita moderetur; facile apparet sanctissimum illud officii praeceptum, quod modo commemoravimus, non posse confidenter rationi fierique incertum. Ita fit, ut ad credendam di-doctrinae christianae originem, itemque ad fidem evelanti adhibendam non cum ratione et rati-iussu pervenire homines queant, sed ut sine ratione, id est prorsus temere credendum sit: opinio recta via ad Caecutianismum, si fas c novo vocabulo uti, perducit, vehementerque non communi Patrum ac Theologorum doctissimorum tiae, sed etiam sacris litteris repugnat. Eodem Vos, qui in ratione nihil fere praeter vim iner-ignoscitis, quique eam negatis aut saltem dubium

facitis a Deo praeditam esse facultate imperandi ac voluntatem dirigendi, eodem, inquam, descenditis, quo Bautaenius, quem Episcopus Argentoratensis his verbis alloquutus est: „Non posses praeclarius rem tuam agere, si evertere Religionem tibi propositum esset.“ Addidit tamen Episcopus, non minori clementia et benignitate, quam doctrina et religionis studio ornatus: „quod certo est a mente tua alienum.“ Facile et ego cum omnibus Hermesianis concedo nihil magis a mente Vestra alienum esse, quam nocere velle religioni, neque nos, tametsi placita Vestra periculosissima et perniciosissima esse censemus, tam sumus iniuriosi, ut toto pectore addictos Vos esse fidei christianae et catholicae audeamus infitiari. Utinam et Vestra eadem aequitas fuisset! non videremus illam in Germania animorum perturbationem, qualis nunc existere inter Catholicos et incrementa capere videtur; non imposuissetis nobis necessitatem defendendi Virum ecclesiae catholicae addictissimum, defendendi nos ipsos, qui quotidie etiam lacessimur, vexamur, accusamur, in suspicionem vocamur pravissimarum opinionum, a quibus toto animo abhorremus. Minime gentium — nam asseveratissime confidentissimeque pronuntiandum est — minime gentium nos tantum rationi concedimus, quantum Vobis videtur, neque nos rationem superiorem facimus revelatione divina. An Hermesius, ut revertar ad id, quod caput est totius Vestrae illius argumentationis, uspiam negavit erroribus obnoxiam esse rationem humanam? aut tantum huic facultati vigorem tribuit, u omnia dogmata christiana ex suis ducere principiis e comprehendere possit? Immo vero non solum agnosci magnam rationis infirmitatem, sed etiam ex huius infi

atis sensu, qui tanto acutior fiat, quanto magis nos- t ipsos noverimus, incredibile quoddam nasci ait de- lerium revelationis supernaturalis divinae, idemque tam revelationem vel doctissimis hominibus summis- ue Philosophis utilissimam et necessariam esse saepe mero declarat. Sic Dogmat. P. I. pag. 152 haec guntur: „Revelatio ubique eo spectat, ut imbecilli- ti et humanae intelligentiae et humanae voluntatis opi- letur.“ Et in Introd. Philos. §. 72: „Homo, (post- nam Dei perfectiones et finem sibi propositum cogno- t,) non iam amplius beatur rebus creatis, quae omnino queunt cor hominis satiare, sed ipse Deus est, de o laetatur, ex quo tanquam e fonte voluptatem per- pit, haec autem laetitia et voluptas sancta est, quo- am sanctus est Deus. Sed unum tamen prohibet, ne sius beatitudo omnino perfecta esse possit; idque in positum est, quod, quemadmodum vidimus, post di- essum ex hac vita non aliam vitam beatitudinemque erare licet nisi sub ea conditione, ut religiose satis- iamus officiis nostris. Quis est enim, cui conscien- testimonium tribuat plenam afferens animi tranquilli- em? Sin vel levissimum nobis peccatum exprobrat, n iam liberari possumus a metu, ne vita et beati- lo post mortem proposita fortasse deperdita sit. Sed sito aliquem nullius adhuc peccati sibi conscium esse, men is quoque in magna tentationum multitudine con- uo trepidare debet de tempore futuro; quippe quum nia fortasse pessum eant vel levissima culpa contra- nda. An vero, quum misere lapsus est homo, gratia natur propter poenitentiam? estne ulla peccatorum precatio apud Deum? an lacrymis poenitentium mo- etur, et facta innocentiae iactura etiam recipit cor con-

tritum? Haec omnia, ex quibus tota animi nostri tranquillitas et fortasse tota spes nostra pendet, non possumus affirmare. Equidem benignus est super omnia Deus; at idem est sanctus omnemque appetitionem (volitionem) officio contrariam aversatur. Pro sua benignitate eam nobis facultatem dedit, ut liceat esse beatis et in hac et in altera vita: at vero si infidi facti sumus ab eoque defecimus, an denuo recipiet nos, ubi tristi experientia edocti ad eum revertimur? Id ne de humana quidem benignitate demonstrari potest, multo etiam minus de divina. Nam etsi haec maior est quam omnis humana benignitas, tamen eadem est incomprehensibilis; propterea non unius tantum sed omnium hominum beatitudinem, eamque ut fieri potest maximam, sibi propositam habet: potestne igitur humana ratio arctis limitibus circumscripta intelligere, qua via perfectissime ad finem istum perveniri queat? ..... Quocirca de his rebus, nisi suam fidem Deus ipse interponat, non possumus animo esse tranquillo. Itaque in summo fastigio illius cognitionis, ad quam ratio nostra pertingit — non enim hic gradus ullus continuari potest, quandoquidem per conclusionem positivam ex proprietatibus Dei id fieri deberet, quod illegitimum esse §. subsequenti perspicue demonstrabimus — in summo, inquam, fastigio illo necessitas revelationis supernaturalis quam maxime incurrit in oculos. Nisi de rebus illis gravissimis supernaturali modo edoceamur; in ea, quae nunc voluntati nostrae inhaeret, infirmitate ad honesta perficienda et propensione ad inhonesta exequenda, omninoque in eo, quo nunc sumus, statu, qualicunque demum causa in hunc statum lapsi fuerimus, haudquaquam possumus neque quieti esse de tempore

futuro, neque in hac vita ad perfectae beatitudinis fructum pervenire." Ibidem §. 79 ad finem: „Revelatio supernaturalis divina vel summo Philosopho minime inutilis est, ideoque, postquam eam recepit, non parvi aestimanda; immo potius in magno ipsi pretio est, etiam ubi nihil tradit praeter naturalia morum et religionis praecepta, quorum cognitionem Philosophia quoque suppeditat; nam ista quidem (naturalia praecepta) per illam (revelationem) confirmantur. Equidem fides, qua credimus revelationem, ut superiora declarant omnia, ex Philosophia proficiscitur*); attamen hoc minime impedit, quominus revelatio, quas tradit cognitiones philosophicas, easdem etiam confirmet. Omnino enim philosophica omnis cognitio quoties alia via reperitur, tametsi iterum semper philosophice**), nunquam non denuo confirmatur.

*) Intelligenda haec sunt de fide, qua credimus factum revelationis, ut patet ex contextu totiusque huius loci tenore. Sensus hic est, nec potest alius esse: per Philosophiam, id est per rectum rationis usum, eo adducimur, ut factum revelationis credamus, credamus autem propter motiva externa; nam loquitur Hermesius de revelatione supernaturali, quam a priori demonstrare velle absurdissimum est. Eandem significationem habent Episcopi Argentoratensis verba supra (pag. 71) allata: „Ratio nos certo ducit ad revelationem rel."

**) Vocabulum „philosophice" rursus significat per rectum rationis usum. Videlicet philosophicae cognitiones, (e. g. unum Deum esse, animum esse immortalem,) quatenus mere philosophicae sunt, ex sola ratione petuntur. Sed eaedem cognitiones possunt per revelationem supernaturalem nobiscum communicari. Atque hoc revera factum esse non temere credendum, sed per rectum rationis usum demonstrandum est, et demonstrandum argumentis non internis sed extrinsecus petitis. Ita fit, ut etiam philosophicae cognitiones alia via rite inveniantur, et simul confirmentur infallibili auctoritate externa. Quod qualem fructum afferat, statim postea explicatur ab ipso Hermesio.

Atque hic non mediocris fructus est homini ho
qui nunquam obliviscitur posse se, qua
vel maximam solertiam adhibeat, tamen in
quisitionibus suis errare. Sed alium pra
ipsi, et prope dixerim, maiorem fructum affert
eam (id est ipso facto revelationis) ens invisibile
biliter agens sese declarat, ideoque comprobat
visibili invisibilium existentiam; quodsi igitur ens
revelans ipse Deus est, hoc ipso comprobat veram
rationis humanae cognitionem Dei existentis, ita
et vigentiorem facit et roborat fidem non
do eam, qua credimus existentiam Dei,
etiam qua credimus alias quascunque
invisibiles, quas ratio docet, e. g. vitam
mortem continuandam, retributionem bonorum et
rum. Hic fructus est, quem etiam doctissimus Phi
phus percipiit ex revelatione, ubi haec intra solos
nalium cognitionum limites se continet: at vero ina
mabile eius pretium est et Philosophis e
qui Philosophi non sunt, quum illos li
excedit — esse autem tum quoque fidem ei ad
dam, apparet ex superioribus. Quam multas c
tiones, quas aut quaerit aut non quaerit
nostra, quae pugnantes nos contra im
concupiscentiae haud raro violentos tan
arx unice firma tueri possunt, quae ne
riae sunt ad tranquillitatem nostram, e
lies millenis hominibus, innocentia n
deperdita, unicam spei ancoram praebent;
multas, inquam, eiusmodi cognitiones
stimabili pretio nobiscum communica
test! Itaque ipsa hanc habet vim, et sol

m, ut roboret infirmitatem nostram, animam tranquillet, cor nostrum conscientia culpae graviter oppressum ex desperatione eripiat et in spem veniae adductum denuo erigat. Qui igitur et a doctis hominibus et ab indoctis tam ardentissimo cordis desiderio expetatur et laetissime excipiatur!" Quum talia Hermesius passim praedicet de necessitate revelationis supernaturalis divinae, qua nostrae infirmitati succurratur, non oportuit profecto hunc Virum, quia veritates supernaturales solide demonstrare institueret — demonstrare autem argumentis extrinsecus petitis, non, quemadmodum Vos fingitis, Accusatores, ex sola ratione deducere —, non oportuit, inquam, hunc Virum, aeque humilem ac doctum, arguere „Pelagianismi ex naturali hominis superbia profecti."*) Abfuit a tali superbia Hermesii animus, idque et palam et omni, qua possumus, asseveratione affirmamus.

His expositis, quum contraria contrariis elucescere dicantur, fortasse non inutile erit Vestro illi syllogismo rursus opponere alium cum Hermesii mente maxime consentaneum. Est autem hic:

Ratio humana etiamsi erroribus obnoxia et per peccatum originale valde obscurata ac debilitata est, tamen non est penitus extincta in homine, omninoque nonnulla sunt certa rationis principia, ex quibus certo aliquid colligi licet.

Ex his autem principiis ipsi ingeneratis et immutabilibus ratio nostra probare potest existen-

---

*) Vide locum supra (pag. 66) citatum.

tiam Dei, sive eo ducitur, ut certo cogn credat Deum, eundemque non modo potent et sapientissimum sed etiam sanctissimum rissimum.

Id si est, profecto eadem ratio, nisi d se ipsa, etiam infallibilem auctoritat tribuere debet, quotiescunque huic pl res aliquas, sive comprehensibile incomprehensibiles, revelare gen mano.

Atqui revelationem divinam mod naturali factam esse per Jesum Ch (itemque per Moysen), non minus ratio s certa principia probare ac solide demonst test, non a priori quidem et ex se sola, potius, ut clare intelligatur, propter mot terna, id est propter luculentos characte doctrina christiana coniunctos, et super lem et divinam huius doctrinae or necessario credendam esse.

Ita fit, ut eadem ratio, nisi deficiat a doctrinam christianam etiam in iis, comprehensibilia sunt, infallibili auct divina comprobatam habere et agnos beat.

Ergo Hermesius, tametsi non orditur al ritate divina, ut existentiam Dei vel alia, qu liminaria sunt, per circulum vitiosum probet recta via ad agnoscendam in doctrin stiana infallibilem auctoritatem ad qna certo inventa iam exiguum nostrae nis lumen divino lumini sacrificanc

que ultro firmissimeque omnibus Jesu Christi effatis credendum esse declarat.

Ita Hermesius. Iudicent viri expertes et aequi, sitne in his omnibus aliquid, quod Rationalismum vel Pelagianismum sapiat. Aut ego nihil video, aut eadem docet Episcopus Argentoratensis, eadem approbavit Supremus ecclesiae catholicae Praesul.

Mirifice offendit Vos, qui accusandi partes suscepistis, quod Hermesius religionem christianam et catholicam demonstrare instituit atque hac demonstratione illud efficere, ut clare intelligamus. Visum est Vobis talem intelligentiam constare nullo modo posse cum eo, quod doctrinae christianae monumenta testantur et docet ecclesia, fidem divinam esse virtutem, esse liberam, esse donum divinitus missum. Itaque hoc ponitis dilemma:*)

„Aut intelligimus, aut non intelligimus.

Si intelligimus, cogimur ad credendum, id est cum physica necessitate credimus.

Si non intelligimus, inconstantiae et dementiae esset credere.

Ergo....“

Respondeo retorquendo, et ex mente Hermesii:

Aut intelligimus doctrinam aliquam, quae se divinitus traditam profitetur, ciusmodi characteribus

*) Vide locum supra (pag. 66) citatum: „Entweder sehen wir ein, dann müssen wir glauben, oder wir sehen nicht ein, dann wäre es Inconsequenz und Unverstand zu glauben.“

et signis confirmatam esse, ut ratio his ipsis characteribus, obiectivis scilicet, permota nos iubeat divinam illius doctrinae originem sine ulla haesitatione credere, ideoque etiam singulis quibusque eiusdem doctrinae effatis, etsi incomprehensibilibus, propter intercedentem ipsius Dei auctoritatem firmissimam fidem adiungere; aut tali intelligentia careremus.

Si intelligimus, non quidem cum physica necessitate credimus, sed tamen oportet nos credere ratione iubente, ideoque cum morali necessitate seu ex officio credendum est, nec possumus recusare fidei assensionem, nisi subire velimus damnationis poenam ab ipsa ratione infligendam propter violationem officii.

Si non intelligimus, minime omnium continuo reiicere licet doctrinam, quae se divinitus traditam nobisque salutiferam profitetur, sed rursus duo discernenda sunt. Aut enim satis diligenter et sincero veri studio, adhibita etiam aliorum hominum prudentia et consilio, rem exploravimus, aut omisimus hoc facere. Si prius est, (e. g. si Muhamedanus per diligentem et sincero animo susceptam explorationem eo adducitur, ut in religione Muhamedana non inveniat characteres idoneos divinam huius religionis originem comprobantes,) rectissime non creditur, aut fidei assensio hucusque adiuncta rectissime retractatur. Si posterius accidit et dubitationes suboriuntur de veritate religionis, quam hucusque aliquis professus est, id ante omnia ratio monet, ut diligentius et candidum rei

examen instituatur, ut docti homines beneque morati ac fide digni consulantur, ut denique omnium adiumentorum, quae pellere dubitationes, iustam persuasionem afferre et animum fluctuantem confirmare queant, rectus usus fiat. (Hoc modo, Deo iuvante, alteruter eventus erit, ut vel liberetur aliquis a falsa religione, vel, si de vera dubitare coeperat, ad pristinam persuasionem reducatur).

Ergo Hermesius.....

Quid sequatur, quidve non sequatur, ex antecedentibus, facile meo iudicio videbunt omnes, qui vel primoribus labris cogitandi et concludendi artem gustarunt. Vestrum, Accusatores, dilemma nihili est; quumque Hermesium dixeritis ambiguum, flexiloquum, captiosum esse, non videtis Vos ipsos in istud incidere peccatum. Nonne intelligendi vox admodum ambigua est, ut ad res diversissimas referri possit? Vos autem nonnisi unum, ad quod referatur, in mente habetis. Quotiescunque Hermesius loquitur de clara intelligentia in rebus ad revelationem pertinentibus, hoc ita statim interpretamini, quasi ipsa dogmata christiana ad unum omnia intelligere, id est penitus perspicere atque in humanae rationis placita commutare intendat. Quotiescunque de usu rationis ad divinitatem et veritatem revelationis demonstrandam necessario loquitur, hoc detorquetis — non dico: de industria et mala voluntate, sed detorquetis tamen — atque illico ita accipitis, quasi totum doctrinae christianae argumentum ex sola ratione elicere Gnosticorum instar sibi propositum habeat, repudians nihilque curans auctoritatem divinam. At totum hoc, quod

Romam *detulistis*), plane contra se habere n
solus profiteor, sed omnes Hermesii discipuli u
affirmant, plures etiam iam ante annos aliquot in
libris magno argumentorum pondere comprobaven
sane mirarer, quomodo ad hunc usque diem non
ritis Vestram de Hermesio Hermesianisque sent
cum meliori permutare, nisi tales opinionum e
quibus Vos et alios bene multos addictos esse
menter doleo, et difficillime expelli posse et incr
ter turbare sanum de aliis iudicium experientia t
tur. Minus luctuosum esset, si soli perstitissetis
stra sententia: illud luctuosissimum est, quod m
deformem fidelissimi Doctoris imaginem Sanctissim
tri obtulistis, qui si aliquid damnat, certe Vestras
nare opiniones existimandus est. Resipiscatis ig
ad meliorem frugem redeatis, hac saltem auct
permoti, quam spernere non debetis. Vestrae op
non solum redolent Bautaenianismum, sed intim
spiritu infectae sunt: has damnavit Sanctissimu
approbando Epistolam illam, de qua saepe d
Eodem iure, quo contra Hermesium, potuistis eti
versus Episcopum Argentoratensem Vestri cor
lemmatis dirigere. Nonne hic tantus Vir, reprel
Bautaenium, iterum iterumque docet demonstr
esse rationis usu divinitatem doctrinae christi

*) Non incautus dico; ipsi enim, quid moliremini, satis
dicastis in Ephemerid. Schafnaburgensibus l. c.: „
Aufregung der Gemüther wenden wir die nachfolgend
an alle gründlichen Theologen, sie ersuchend, durc
Antworten den schwankenden Meinungen für und w
neue (!) Theologie einen Ausschlag zu geben, bis de
dort seine Entscheidung findet, wo die A
ist, die eine göttliche Beglaubigung hat.“

posse in hoc genere claram intelligentiam parari? veluti loco illo insigni, quem ex Guetio sumtum Episcopus suum fecit: „On ne voit pas ce que l'on croit: mais quand on est bien instruit des preuves de la Religion, on voit clairement (clare intelligimus), qu'il faut la croire. La droite raison conduit alors à la Révélation, dont elle découvre la nécessité et la sûreté. rel.“ Refert igitur Episcopus summe Venerabilis claram intelligentiam, de qua loquitur, non ad ipsa dogmata, sed ad supernaturalem et divinam doctrinae christianae originem et ad credibilitatem huius doctrinae. Plane eodem, non alio, refert Hermesius, simul tamen intimo animo agnoscens mysteria religionis bene multa. Atque hoc ita se habere apertissimum est tum ex tota via, qua Hermesium demonstrare credibilitatem doctrinae christianae supra ostendimus, tum ex locis luculentissimis, quos partim iam commemoravimus, partim infra adiiciemus. „Si intelligimus, cum physica necessitate credimus; ergo fides pendere non potest a libertate, neque Dei donum esse.“ Immo vero si intelligimus oportere nos credere ex rationis imperio (quand on voit clairement qu'il faut croire,) non iam fides suscipi potest nisi intercedente libera quadam voluntatis actione, ad hanc autem liberam actionem propter resistentem concupiscentiam nobis omnibus innatam vel maxime indigere possumus singulari quodam interiore afflatu atque auxilio divino. Ruit igitur Vestrum illud dilemma, Vosque ipsi missum facere debetis, nisi alterutrum contendatis: aut neminem posse ad eam intelligentiam pervenire, qua intelligitur oportere ut credamus; aut talem intelligentiam, si comparetur, per se solam efficere, ut

diae, quae pullulare iam coeperunt, et magis etiam pullulatura sunt, nisi malo occurratur. Sed melius non videbatur occurri posse ingravescenti malo, quam ita, ut Latinis verbis non solum Hermesii eiusque discipulorum sententiae palam proponerentur, sed etiam accusatorum placita proferrentur in medium et argumenta, quibus impugnant nos, severo examini subiicerentur. Atque hoc facilem, puto, apud aequos iudices excusationem habebit. Nam ita fiet fortasse, ut pax valde optabilis redeat: redire antem vix poterit, quamdiu non utriusque partis sententiae propositae fuerint Sanctissimi Patris, Eminentissimorum Cardinalium, summe Venerabilium Episcoporum et Theologorum iudicio. Non igitur, ut odium accusatoribus contraherem, ipsorum etiam placita et argumentationes introduxi atque examinavi — neque imposterum ego consilium sequar tam parum laudabile —, sed nostrae defensionis causa et ad pacem, Deo iuvante, restituendam. Ceterum in iis omnibus, quae dixi, nihil inest, quod vere durum sit, certe nihil iniuriosum aut contumeliosum, nihil quod mordeat, nisi simplex veritas mordere dicatur. Poterunt accusatores, si volent, et ipsi nostra argumenta similem in modum tractare; non irascemur ipsis, immo etiam vehementer exhortamur, ut similiter tractent, dummodo faciant Latine. Huius autem cautionis quae causae sint, expositum est in Praefatione.

Sunt igitur Hermesii sententiae — non illas dico, quas accusatores sibi finxere, quasque neque Hermesius unquam professus est, neque profitentur ipsius discipuli — sunt, inquam, verae huius Doctoris sententiae de fidei divinae natura, origine et certitudine omnino eiusmodi, ut constent cum eo, quod sacrae lit-

e, universa traditio et ecclesiae catholicae decreta uunt de gratiae necessitate ad fidem illam suscipiam. Nullum, ne levissimum quidem, vel Rationali vel Pelagianismi vestigium deprehenditur, nisi conlas, per paralogismum scilicet, qui demonstrandam cipiat revelationem divinam atque ad hanc demontionem necessariam dicat rationis usum, eum hac re cum Rationalistis aut Pelagianis facere eorumvexilla sequi. „At Hermesius in Introductione Phiphica non diserte docet gratiae necessitatem.“ Quasi aut debuisset aut etiam potuisset eo loco docere. osophia vel, si magis placet, ipsa ratio per se a et in hoc genere et in aliis plurimis nihil certi rire potest. Neque igitur affirmat neque negat, sed s limites agnoscens altioris potius auctoritatis testinium desiderat. Ceterum in nostra quaestione hoc em etiam recta ratio infitiari non potest, ad omnia iorum praecepta rite exequenda, maxime autem ad bendam fidei assensionem moraliter necessan, qua et divina origo et veritas doctrinae christi sine ulla haesitatione creditur, liberam hominis voatem sua natura valde tardam atque infirmam esse, quidem, ut etiam soli rationi haudquaquam veri dislis videri debeat altioris necessitas auxilii, quo franr reluctantis concupiscentiae violentia, et voluntas, robore extrinsecus accepto, parata fiat ad perficim id, quod suis viribus perficere non valeat. At ecto dubitationes etiam de hac quaestione, quemodum de aliis plurimis, residuae fiunt in solo Philohiae campo. Quum primum autem ratio nostra mos externis eo perducta est — et oportet eo peri —, ut doctrinam christianam divinitus traditam

esse ideoque infallibili auctoritate comprobatam firmiter credamus: nunc egressi e Philosophiae campo et in altiorem regionem evecti novum et certissimum subsidium nacti sumus, cuius recto usu plurimas obscuritates et dubitationes, quibus superandis sola Philosophia impar erat, depellere ac mentem nostram magis magisque collustrare possumus. Hoc igitur novo scientiae subsidio instructi nunc demum etiam de illa quaestione: sitne gratia divina hominis voluntati necessaria, quam lateque pateat huius gratiae necessitas? certi quidquam poterimus invenire atque statuere. Consulendi sunt fontes theologici et ecclesiae declarationes, ex quibus quidquid hauriri potest, id omnino ratum neque ulli dubitationi obnoxium haberi debet. Neque dixerit aliquis hanc argumentandi viam laborare petitione principii: nam etiamsi eo temporis puncto, quo libere suscipimus fidem christianam, gratiae divinae necessitas ad hanc ipsam credendi actionem nondum nobis explorata est, tamen haudquaquam temere, sed rite et obedientes certissimo rationis imperio fidem illam suscipimus; ex quo efficitur, ut rite et sine ullo errandi periculo suscepta fide christiana iam ex postliminio, ut ita dicam, quaerere et certo cognoscere liceat, quid ad liberam illam fidei assensionem adhibendam necessarium fuerit. Itaque Hermesius in eo, quod peragrans Philosophiae campum in Introductione Philosophica non loquitur de gratiae necessitate, minime reprehendendus est — reprehendendus potius esset, si faceret —, sed hoc satis est, omnes ipsius sententias de fidei divinae natura, origine et certitudine vel apprime constare cum doctrina christiana et ecclesiae decretis. Dico: constare, id est, non repugnare ullo modo. Hoc saltem negativum ita e

cisse nobis videmur, ut nemini harum rerum intelligenti vel tenuissimus scrupulus adhaerescere aut residere queat; idque ipsum quum plane sufficiat ad adversariorum conclusiones evertendas, possemus hic subsistere nostraeque defensionis finem facere. Non facimus tamen, sed ex abundanti nunc illud quoque ostendere lubet; in ea, quam agitamus, quaestione, sane lubrica atque difficili, non posse quemquam etiam positivo modo cum doctrina catholica magis consentaneum esse Hermesio. Qua de re consulenda est Theologiae Dogmaticae Pars III.; nam ibi doctrinam de gratia Hermesius inde a pag. 413 usque ad pag. 514 copiose pertractat. Ecquid igitur vel acerrima oculorum acies hic reperire poterit, quod non ad unguem consentiat cum doctrina catholica? Ego certe rogavi Theologum maxime orthodoxum et ceteroquin Hermesianae methodo parum faventem, ut diligentissime omnia perlegeret, mihique, si quid reperisset, quod offenderet, aperte profiteretur. Peracta opera testatus est nihil omnino occurrisse, quod posset ullo modo offendere. Non attinet hoc quidem tempore Hermesii tractatum de gratia exscribere totum: quomodo definiat genus, quas generis formas discernat, quid de singulis formis earumque necessitate doceat, quomodo libertas voluntatis cum gratia conciliari possit, et quae sunt alia generis eiusdem: satisfactum erit consilio nostro, si capitales sententias, easque ad Pelagianismum vel Semipelagianismum spectantes, proposuerimus.

Omnis quaestio de gratiae actualis, quam Theologi vocant, necessitate referenda est ad salutis operationem. Operamur autem salutem, si lex spiritualis lege carnali superior facta in nobis est, idque tam

firme et constanter, ut omnes et appetitiones et actiones nostras dirigat ad honesta (moraliter bona) perficienda, hoc est, eo dirigat, ut et velimus omnia, quae vult Deus, et fugiamus omnia, quae ab ipso aliena sunt, atque hoc modo, servantes mandata divina nosque ad similitudinem Dei plane conformantes disponamur et apti fiamus ad ádipiscendam salutem seu beatitatem aeternam. Ex his iam facile apparet, quid per actus salutares, itemque per opera salutaria, intelligendum sit. Videlicet actus salutaris is est, quo sive proxime sive remote efficitur, ut lex illa spiritualis superior fiat vel etiam superior maneat maioremque vim accipiat, atque ita disponat nos ad salutem.

His propositis definitionibus Hermesius primum generatim demonstrat (pag. 449 ss.), gratiam actualem, supernaturalem et internam etiam iustificatis omnino necessariam esse ad salutem operandam, et quidem eo modo, ut haec salutis operatio sine gratia illa neque inchoari, neque continuari, neque perfici queat, id est, ut lex spiritualis sine gratia illa neque impetrare principatum, neque constanter obtinere et exercere possit. Probat hoc ex compluribus sacrorum codicum locis (Joh. 15, 4—5; Philip. 1, 3—6; 2, 13 rel.), tum ex universa ecclesiae traditione, qualis conspicua sit non solum ex plurimis luculentissimisque Patrum testimoniis, sed etiam ex liturgia ecclesiae et orientalis et occidentalis, ex Missae canone, et praecipue ex precationibus illis, quae collectae dicantur, atque intimum christianae sapientiae et pietatis vigorem mirifice spirent. Probat item ex Conciliorum decretis, inprimis ex Concil. Trid. Sess. VI. Can. 2 de iustif.: „Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Jesum Christum dari, ut

facilius homo iuste vivere ac vitam aeternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen et difficulter possit, anathema sit." Postremo subiungit haec verba (pag. 256 ss.): „Contra quod Pelagius docuit, postquam negato peccato originali huius placiti fundamentum posuerat: „„Ad recte agendum, ideoque ad salutem suam operandam, sufficere homini ingeneratam a Deo libertatem, dummodo legis cognitio, quae per externam institutionem suppeditetur, accedat; — internam vero gratiam ad illud non esse necessariam, sed eo tantum valere, ut facilius officio satisfacere omniaque recta perficere possimus; eandemque demum tribui propter merita, quae ipse sibi homo comparaverit. Propterea in unaquaque libera actione honesta — atque haec est fundamentalis ratio systematis — tria distinxit: posse, velle et agere, ex quibus primum illud (posse) affirmat esse Dei, quippe qui libertatem homini ingeneraverit, reliqua autem duo (velle et agere) esse hominis, quum ex ipsius libertate oriantur."" Hoc systema est purus putus Naturalismus, ipsamque institutionem illam, quae fiat per supernaturalem revelationem (per doctrinam christianam), non videtur Pelagius aliam ob causam postulasse, nisi ut facilius possint homines satisfacere officio. Rationem Pelagianam inprimis sectabantur atque iuvabant Coelestius et Julianus, Episcopus. Adversarius extitit s. Augustinus, qui quidem in hac controversia doctrinam revelatam de gratia ex omni demum parte explicuit. Antea id unum, quod et nos supra demonstravimus, docuerant Theologi, gratiam actualem internam necessariam esse ad universam salutis operationem, neque adhuc — id quod

Pelagianae doctrina maxime opportunum erat — tres illos gradus, in quibus vis gratiae cernitur, ubique a nobis commemoratos clare distinxerant; nunc autem eo adducebantur, ut hos ipsos gradus accurate discernerent, eorumque necessitatem ad posse sive ad potentiam libero arbitrio conciliandam, ad velle et ad agendum, hoc est, ut necessitatem gratiae excitantis, adiuvantis et exeeutricis demonstrarent, nec tantum ad salutis operationem in genere, sed ad singulos quosque actus salutares, de quibus postea disseremus. Atque haec doctrina tum demum maxime exculta est, idque rursus potissimum per Augustinum, quum paulo post existerent Semipelagiani, in ceteris quidem omnibus cum Catholicis sentientes, sed ita mitigantes doctrinam Pelagianam, ut, quemadmodum Pelagius, libertati hominis praedicationem fidei audientis adscriberent solum fidei initium — tametsi per hoc intelligebant propriam et totam fidem, quam propterea tantum dicebant fidei initium, quia ipsum agere secundum fidem etiam nomine afficiebant fidei —. Horum doctrinam, interiecto ab eius origine centum annorum spatio, postquam latissime, praesertim in Francogallia, propogata erat, multos etiam sanctissimos doctissimosque viros in errorem induxerat, anno 529 damnavit Concilium Arausicanum II., quod quidem postea a Summis Pontificibus Felice IV. et Bonifacio III. confirmatum est, et in ecclesia Oecumenici Concilii auctoritatem obtinuit.“

Etiamsi ex his iam satis intelligitur Hermesium abhorruisse non solum a Pelagianismo, sed etiam a Semipelagianismo — diserte enim ait mitigata Semipelagianorum doctrina multos esse in errorem inductos,

Augustini autem operibus adversus Pelagianos et Semipelagianos eodem loco classicorum nomen imponit —; tamen, ut eadem res maiorem lucem accipiat, nunc de singulis quoque actibus salutaribus deque gratiae divinae necessitate ad hos perficiendos paulo explanatius dicendum est. Et Hermesius quidem ad istam partem progreditur pag. 459 ss. Primum ex doctrinae christianae monumentis (Joh. 15, 4—5; Philip. 2, 13; I. Cor. 12, 13; II. Cor. 3, 5) et ex Conciliis (Diospolit., Carthagin. III., Arausican II.) probat hanc generalem sententiam: ad singulos quosque actus salutares perficiendos etiam iusto gratiam Christi actualem internam, et quidem in illo triplici eius gradu, necessariam esse.*) Affirmat hoc esse dogma, quo quidem accuratius quam iis, quae supra in universum demonstrata sint de gratiae necessitate ad salutem operandam, doctrinae Pelagianae contradicat cum Augustino ecclesia catholica. Deinde eo pergit, ut ipsos actus salutares singulatim exponat et diligentissime persequatur. „Sunt autem, inquit pag. 465, tres tantum actus salutares: fides in Deum efficax — spes in Deum efficax — et charitas erga Deum efficax; et quidquid praeter haec tria dicitur et est actus salutaris, hac sola de causa est, quod in eo saltem unum ex tribus illis includitur, et quidem tanquam motivum.“ Mittimus omnia, quae de charitate et spe efficaci deque gratiae auxilio ad has

*) Zur Beantwortung dieser Frage beweisen wir erst den allgemeinen Satz: dass zu jeder besondern Heilshandlung dieselbe (innere vorübergehende) Gnade Christi, und zwar auf allen drei Stufen derselben, erforderlich sei, selbst damit der Gerechte sie setzen könne.

virtutes necessario Hermesius pertractat, atque ad ea convertimus nos, quae singulatim docet de fide. „Etiam fides in Deum efficax est actus salutaris, sed remotus. Qui credit in Deum, is credit et esse Deum, et ea omnia existere vel esse extitura, quae Deus revelavit. Itaque credit sive per rationem sive per revelationem ipsi patefactas Dei proprietates, fines propositos, consilia et praecepta; inprimisque Deum esse Redemptorem suum, eundemque sibi Remuneratorem fore (II. Cor. 5, 19; Hebr. 11, 6), si ipse quaerat Deum, hoc est ad eius similitudinem se conformet. (p. 469)." Tum accuratius describit Hermesius, quid requiratur, ut ista fides sit efficax. Non in hoc uno positam esse fidei efficaciam ut argumentis permoti assentiamur et fluctuare huc illuc desinamus, sed in eo, ut simul iis, quae probata sint et rata habenda, hoc est ut Deo rebusque divinis, nos libere ac sine ulla restrictione dedamus*). Etenim „haec fides, ita pergit Hermesius, elevat mentem nostram supra res omnes terrestres; idcirco eam sequitur libera et perfecta voluntas Deum amandi et quaerendi, et propterea etiam libera et perfecta voluntas cum nos ipsos tum alios homines ad similitudinem Dei conformandi cum eoque coniungendi. Per illam (voluntatem) continuo nos impellit fides, ut Deum amare, per hanc, ut nosmet ipsos et proximum amare conemur, nec minus spei in Deo ponendae et fundamentum est et incitamentum. Itaque ducit ad perfectum principatum legis spiritualis super carne, id est remote salutem nostram operatur. Similiter Paulus intimo animi af-

*) „Der wirksame Glaube schliesst ein eine freie unbedingte Hingebung an das Bewiesene (an Gott und die göttlichen Dinge.) (pag. 470.)"

fectu commotus ad Hebr. 11 ita fidem describit, ut per eam tanquam remotam seu mediantem, et unice mediantem causam efficiatur salus. (pag. 470)." Concludit Hermesius pag. 472—3: quum adversus hanc fidem, qua et credimus Deum resque divinas, et libere mentem nostram ad invisibilia convertimus, vehementer reluctetur concupiscentia; omnino mirum non esse, si gratiae supernaturalis internae auxilium homini necessarium sit, ut fidem illam et suscipere et conservare et augere atque perficere possit. Quod qui consideret, fidemque vivam seu efficacem a mortua seu passiva, (quae eadem dicitur fides cognitionis,) probe discernat, „eum argumentis, quae Semipelagiani ex natura humana petierint ad demonstrandum, originem fidei innatis hominum viribus tribuendam esse, minime omnium adductum iri, ut ipsis assentiatur, atque hoc modo primum illum actum salutarem, initium fidei, de effectibus gratiae supernaturalis internae excipiat. (pag. 473)." Subiungit Hermesius ad confutandum Semipelagianismum disertissima sacrarum litterarum effata, ut Joh. 6, 41; Matth. 16, 16; I. Cor. 3, 7; Act. 16, 14; Ephes. 1, 15—30, inprimisque laudat Epistolam ad Romanos, quam quidem totam in hac nostra quaestione admodum memorabilem esse declarat. „Plus etiam, inquit pag. 478, quam singula quaeque huiusmodi effata, gratiae supernaturalis internae necessitatem ad fidei efficacis initium comprobat tota Epistola ad Romanos. In hac enim Apostolus illud sibi propositum habet, ut doceat fidei christianae assensionem — non externam eius praedicationem, sed assensionem, quae adhibeatur, quum fides praedicetur — effici per gratuitam Dei electionem, ideoque gratiae divinae opus esse.

Vide inprimis cap 8 et 9, et in hoc praecipue v. 16. Quodsi quis hoc loco de sanctificante, nec statim de actuali gratia cogitaret, is equidem recte cogitaret: nihilominus stat argumentatio nostra, propterea quod gratia sanctificans in homine operari non potest nisi per gratiam actualem. Idem non minus generatim eodemque modo etiam in aliis epistolis docet Apostolus, sed sufficiat hanc praestantiorem commemorasse.“ His omnibus expositis Hermesius quasi summam totius rei hoc corollarium infert pag. 478: „Rectissime igitur se habet, quod communiter docent, fidem esse donum Dei et lumen desuper missum, quo homo illustretur, ut omnia, quae Deus revelavit, cum intima persuasione — addo etiam: cum perfecta animi ad res divinas conversione — rata habeat.“*) Constat igitur, et certissime constat, Hermesium, nisi fraudulentissimum hominem, aliud in pectore inclusum, aliud in ore habentem scriptisque pronuntiantem dixeris, et a Pelagianismo et a Semipelagianismo abhorruisse, neque quidquam unquam sensisse aut docuisse de fide divina, quod cum sacris codicibus, cum universa traditione, cum ecclesiae decretis non modo non pugnet, sed etiam non planissime consentiat. Quid? idem Hermesius eo loco, quo concupiscentiae violentiam describit, et quomodo ad eam vincendam gratia actualis, quatenus et excitans et adiuvans et executrix sit, libero arbitrio auxiliari queat, tam praeclare explicat, nonne ad omnia officia, etiam

*) „Wohl wahr ist es also, was man gewöhnlich lehrt, dass der Glaube eine Gabe Gottes sey, und ein Licht von oben her, wodurch der Mensch erleuchtet werde, Alles, was Gott geoffenbaret hat, mit inniger Ueberzeugung — ich setze hinzu: und völliger Hingebung — für wahr anzunehmen.“

naturalia, rite implenda altioris auxilii necessitatem iam a sola ratione saltem ut relativam agnoscendam esse dicit? et nonne hanc ipsam necessitatem a revelatione ut absolutam declarari affirmat? (p. 437). Atqui supra demonstravimus ex Hermesii sententia, non cum physica sed cum morali necessitate, id est ex officio, fidem christianam suscipiendam itemque conservandam et augendam esse. Ex quo fit, ut Hermesius, (nisi secum ipso aperte pugnantem eum facere velis,) etiam statuere debeat, ne ad initium quidem fidei hominem solius naturae viribus aptum esse, sed sensu absoluto indigere praevenienti supernaturalis gratiae afflatu. Occurrit hoc loco Hermesius gravissimae obiectioni, eamque, ut mihi quidem videtur, praeclare diluit pag. 437 sub asterisco. Dixerit quispiam: „Testatur conscientia nostri, id est sensus interior, posse nos satisfacere officio; erga hanc potentiam a natura habemus, falsoque affirmatur absoluta gratiae supernaturalis necessitas.“ Respondet Hermesius: Equidem conscii nobis sumus in potestate nostra situm esse satisfacere officio: at unde sit haec ipsa potestas, utrum a solius naturae viribus, an a peculiari quodam gratiae supernaturalis auxilio, hoc minime testatur nec potest ullo modo testari conscientia nostri interior. Ergo dogma revelatum de absoluta gratiae supernaturalis necessitate ad illam potentiam voluntati nostrae conciliandam haudquaquam pugnat cum veritate naturali, hoc est cum eo, cuius conscii nobis sumus, quodque unice testari conscientia nostri potest. Accedit autem aliud dogma, ex quo intelligitur, quomodo fiat, ut talis conscientia, pertinens ad potestatem satisfaciendi officio, nobis insideat. Nam revelatio praeterea docet

omnibus hominibus natura sua infirmis divinitus dari gratiam sufficientem, nempe sufficientem ad hoc, ut possint per liberum arbitrium eligere honesta, implere officia et salutem suam operari. Ergo per hanc ipsam gratiam sufficientem, quam Deus pro misericordia sua nemini non largitur, necesse est effici, ut illa conscientia nemo carere queat. Ita praeclare omnia inter se consentanea sunt, et veritas naturalis ex sensu interiori hausta plenissimam lucem accipit demum a dogmate revelato. Audiamus in hanc rem ipsissima Hermesii verba. „Quod revelatio, inquit, docet absolutam esse illam altioris auxilii necessitatem, id eo, quod conscientia nostri testatur, posse nos unicuique satisfacere officio, refutari non potest, ut primum hoc alterum dogma revelatum adiungitur: „„unicuique homini quovis tempore sufficiens gratiae auxilium dari ad implenda officia;"" quandoquidem hoc ipso necesse est fieri, ut illam conscientiam homo nansciscatur. Demonstrabimus autem etiam hoc alterum dogma." Quae quum apertissimis verbis et sine ulla sententiarum ambiguitate Hermesius doceat: nonne incredibile videatur potuisse eum a nonnullis hominibus, nescio qua scientia praeditis quove animo ductis, Pelagianismi nota inuri? et nonne iustum est tantam ab innocentissimo fidelissimoque Doctore repellere iniuriam, nosque ipsos defendere, qui eiusdem erroris accusamur? Non modo non Pelagianus fuit Hermesius, sed ne Semipelagianus quidem; nec potuisset ullo modo vel in Semipelagianismum incidere nisi per maximam inconstantiam. Nam profecto qui ad omnia officia implenda absolute necessariam esse docet gratiam Dei actualem, internam et supernaturalem, is, nisi deficiat a se ipso et absurdus sit, eandem

gratiam affirmare debet etiam ad hoc absolute necessariam esse, ut oriatur in homine fides divina salutaris, ut ex animo Jesus Christus credatur legatus Dei, Filius Dei a Patre missus ac Redemptor generis humani: quandoquidem ista fides oriri et suscipi non potest nisi per victoriam de concupiscentia reportandam, id est, nisi gravissimo et capitali satisfiat officio, quo iubemur avertere mentem et voluntatem nostram a rebus terrestribus, convertere ad Deum et doctrinam christianam tam praestantem natura sua tamque luculentis et validis argumentis comprobatam amplecti, etiamsi vel maxime reluctante concupiscentia. Nec vero illud offendere debuit vel ansam dare suspicionis, quod Hermesius in Introduct. Philos. §. 66 ait posse fundamentalia religionis morumque dogmata seu veram Theologiam naturalem inveniri rationis via aut recto rationis usu. Primum enim eodem loco adiungit, ut reapse perveniatur ad veram Theologiam naturalem, superanda esse maxima impedimenta, quae struat humanae naturae perversitas, ideoque talem Theologiam difficillime tantum rationis via sine externo revelationis supernaturalis adiumento comparari posse. Deinde quaero, an formula haec: „rationis usu, rationis via" vel similis excludat gratiae internae supernaturalis necessitatem? Id qui affirmant, aut ex Hermesii sententia affirmandum esse autumant, hi mihi videntur magnopere praecipitare iudicium. Ipse Hermesius quid de hac re senserit, cum ex superioribus facile intelligi potest, tum diserte in Theolog. Dogmat. P. III. p. 501, ubi agitur de paganis Lege carentibus, his verbis expressum est: „Ostendi in Introductione Philosophica posse hominem rationis via — quanquam, ut hic vidi-

mus in tractatu de gratia, nonnisi auxilio gratiae internae supernaturalis — fundamentalia omnia religionis morumque dogmata cognoscere." Itaque Hermesius ad cognitionem vel fundamentalium istorum dogmatum rationis via comparandam et acute et vere distinguit duplex adiumentum supernaturale, unum externum, quod Legem vocat Apostolus ad Rom. 2, alterum internum. Illud si ad finem modo commemoratum non est absolute necessarium, (quod idem docet Apostolus, propterea non excusans paganos ad idololatriam conversos ac turpitudini deditos,) tamen adeo utile et exoptatum, adeo efficax est, „ut mirari non liceat veram Theologiam naturalem vix apud paucos quosdam paganos reperiri," (Introd. Philos. §. 66); alterum non modo utile sed absolute necessarium esse Hermesius profitetur atque demonstrat. Et quis negaverit sine temeritate posse Deum internae gratiae auxilio id efficere, ut homo etiam sine externo revelationis beneficio ad veram Theologiam naturalem perveniat? Illud autem recte et ad ipsius rei naturam accommodate se habet, quod Hermesius Theolog. Dogmat. l. c. adiungit his verbis „Interior gratia illuminans et excitans hominem san[illegible] tanto efficacior esse debebit, quanto magis ille extern[illegible] institutionis gratia destitutus est." His perpensis e[illegible] inter se comparatis nihil amplius offensionis habeb[illegible] etiam ille locus, qui extat in Introd. Philos. §. 73 su[illegible] num. 1: „Hic tractatus demonstrat nobis posse humanam rationem sine revelatione supernaturali in De[illegible] cognitione usque eo pervenire, quo necessarium est, u[illegible] homo vitam agat coram Deo dignam et huic probatam, atque ut isto modo et in hac terra et post mortem beate vivat." Videlicet quod Hermesius ait: sine reve

tione supernaturali, id quomodo interpretandum , satis apparet ex eiusdem Introductionis Philosoph. 66, atque ita consentit cum doctrina Apostoli ad m. 2, ut, qui contrarium statuunt, mihi videantur ab ostolo deficere. De interna autem gratia superna-ali nihil hoc loco dicit Hermesius, hoc est, neque rmat neque negat talem gratiam homini necessariam se, ut ad illam Dei rerumque divinarum cognitionem ionis usu perveniat. Minime hoc, quemadmodum su-a (p. 103 s.) ostendi, reprehendendum sed potius lau-ndum est, omnisque suspicio, siqua tamen suboriri tuit, penitus tollitur, ut primum Hermesii tractatum gratia consulimus. Certe autem librorum interpretes censores, nisi saepissime in iustitiam peccare et gra-ssimam culpam sibi contrahere velint, hanc ante omnia gem studiosissime observare debent, ut ex diligenti mium locorum comparatione, non ex uno tantum loco, tasse ancipiti, vera scriptoris sententia aestimetur.

Admonet loci opportunitas, ut aliam obiectionem s ipsi paucis verbis expediamus. Si gratia actualis erior necessaria est ad fidem divinam salutarem, et si fficiens gratiae auxilium ad istam fidem suscipiendam icuique homini impertitur a Deo: annon superfluum t rationis usu in credibilitatem doctrinae christianae uirere aut eiusdem doctrinae veritatem solidis argu-ntis demonstrare velle? Minime omnium. Nam Deus dem non ad hoc promisit aut tribuit nobis gratiae le adiumentum, ut Coecutianismum sequamur, ut rnentes rationis lumen, etsi exiguum, et prorsus te-re credentes contra officium agamus, sed ipse tius hanc habet voluntatem, quae et voce quadam eriori nobis manifesta fit, et sacris litteris saepe nu-

mero confirmatur, ut cauti simus, ut naturali quodam et veri studio et falsi odio ducti circumspiciamus, ut ne cuiusvis doctrinae vento nos circumferri patiamur, ut ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea, quae in nobis est, spe parati simus. Omnino igitur, ut certo sentiamus aut intelligamus, cui et quid oporteat nos credere, etiamsi non comprehendamus, ratione utendum est, idque ut fiat, ipse Deus praecipit; quapropter ii, qui detrectant rationem, pretiosissimum Dei munus, ac sine ullo eius usu credendum esse arbitrantur, existimandi sunt resistere aperto officio, resistere ipsi Deo, resistere consilio, ad quod Deus gratiam suam hominibus impertit. Praeclara sunt in hanc rem Muratorii verba, quae leguntur de Ingen. Moder. lib. I. cap. 7.: „Neque in loco tam abdito, inquit Vir eximius, veritatem suae religionis constrinxisse censendus est Deus, ut nullus ad ipsam humanae unquam rationi sit aditus. Sed potius ita contituisse censendus, ut, si recte uti velimus illius auxilio et naturalibus rationis humanae viribus, ad eandem veritatem pervenire tuto liceat. Ille ad se advocat homines ratione praeditos, et per gratiam quidem suam, sed non sine ratione vult ad se venire. Sint licet oppido tenues humanae mentis vires, dum adsit divinus favor, multum valent, atque per eas cognosci revelatio religionis verae, et a falsis atque confictis distingui potest. Igitur inter nimiam abiectionem sui nimiamque ambitionem ingenia continenda sunt; utrinque enim periculum subest, ut aut nulli aut falsae revelationi adhibeatur fides. Quae autem hic sint rationis humanae vires, et qui rectus earum usus, nos ipsa ratio docebit."

CAPUT X.

Epilogus ad Hermesii accusatores.

Importabilis absque scientia est zelus. Ubi ergo vehemens aemulatio, ibi maxime discretio est necessaria, quae est ordinatio caritatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax minusque utilis invenitur; plerumque autem et perniciosus valde sentitur. Quo igitur zelus fervidior ac vehementior spiritus profusiorque caritas, eo vigilantiori opus scientia est, quae zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet caritatem.

S. Bernardus Serm. 49 super Cantic.

Satis superque iam mihi videor egregium Doctorem vindicasse ab haeresi, quam ecclesia catholica, effatis nixa Jesu Christi et Apostolorum, iure optimo damnavit. Priusquam vero ad aliud argumentum transeam, pauca ad Vos, qui Hermesium accusavistis, verba facienda sunt. Aut est, aut non est Pelagianus vel Semipelagianus Hermesius. Si est, in medium proferte alia argumenta, in quibus aliquid saltem ponderis inest, (nam quae hucusque proposuistis, nulla sunt,) proferte luculentos ex ipso Hermesio locos, non sententias a Vobis confictas atque eo modo contortas, ut nemo Hermesianus in iis Hermesium possit agnoscere. Si non est, profecto etiam ab haeresi illa liberandus est propter iustitiam. Non diffido fore, ut Vos ipsi, ubi sincero animo atque ea, qua par est, caritate christiana rem totam denuo perlustraveritis, pravissimam sententiam, quam de Hermesio imbiberatis, cum meliori permutetis. Hoc si contigerit — quod Deus O. M. iubeat! — quid Vestrum sit, videte ac perpendite diligenter. Vos

iniuriosi fuistis non modo in Hermesium, sed in omnes eius discipulos, quos quidem, ut alia mittam, loco supra (pag. 66) citato publice tanquam incredulos notastis, idemque de iis, tametsi longe maximam eorum partem ne novistis quidem, palam pronuntiare ausi estis, quod apud Joh. 5, 44 Jesus Christus dixit de Judaeis fidem divinam superbe recusantibus: „Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem quaeritis, et gloriam, quae a solo Deo est, non quaeritis?" Lubenter ego quidem hanc Vobis iniuriam condono: Vestrum quid sit, ipsi videte ac perpendite diligenter. Postremum rogo Vos atque obsecro, ut Episcopos Germaniae septentrionalis, et doctrina et morum probitate et sincero fidei catholicae conservandae atque augendae zelo conspicuos, tandem aliquando desinatis carpere et ad Vestrum vocare tribunal. Etenim non semel hoc sed iterum iterumque fecistis. Sic in Ephemer. Schafnab. l. c. etiam haec leguntur: „Certam de hac nova (i. e. acatholica) Theologiae docendae ratione sententiam nondum ecclesia tulit. Nonnulli ecclesiae Praesules, quomodo defuncti Hermesii studia aestiment, eo videntur declarare, quod ad illius discipulos cathedras theologicas deferunt*)." Nonne hoc ipsum, quod Episcopi, qui et Hermesium et eius discipulos optime norunt, quique eorum fidem ac docendae Theologiae rationem nec possunt nec debent ullo modo ignorare, tam bonam de Hermesianis existi-

*) „Ein bestimmtes kirchliches Urtheil über diese neue Wendung der Theologie ist noch nicht ergangen. Einige kirchliche Behörden scheinen die Bemühungen des Verstorbenen dadurch zu würdigen, dass sie die theologischen Lehrstühle mit dessen Schülern besetzen."

mationem habent, nonne hoc ipsum, inquam, saltem scrupulum Vobis aliquem de Vestra opinione iniicere debuit? At nihil Vos tribuitis Episcoporum iudicio, spernitis eorum auctoritatem, neque spernitis tantum, sed etiam, id quod pessimum est, minuitis ac probatissimos ecclesiae Praesules in gravem suspicionem vocatis. Quod quidem an deceat homines christianos ac de vera salute ecclesiae catholicae sollicitos, rursus videte ac perpendite diligenter.

CAPUT XI.

Duplex motivum credibilitatis: unum, quo movemur ad factum revelationis credendum; alterum, quo movemur ad fidem singulis quibusque dogmatis adhibendam. Ostenditur Hermesium in hac re minime errasse. Cur accusatores in Hermesio nihil sapiant nisi Rationalismum. Quid significet sententia Patrum: nisi credideritis, non intelligetis. De negativo et positivo Philosophiae usu in Theologia christiana. Theologia speculativa christiana quid sit et cur non reiicienda.

Dieu n'entend pas que nous soumettions notre créance à lui sans raison et nous assuiétir avec tyrannie. Mais il ne prétend pas aussi nous rendre raison de toutes choses. Et pour accorder ces contrariétés, il entend nous faire voir clairement des marques divines en lui qui nous convainquent de ce qu'il est, et s'attirer autorité par des merveilles et des preuves, que nous ne puissions refuser; et qu'ensuite nous croyions sans hésiter les choses qu'il nous enseigne.

Le Pappe de Trèvern dans l'Avertissement sur l'Enseignement de M. Bautain pag. 15.

Revertor ad id, quod in fine capitis VII. breviter quidem commemoratum, sed nondum penitus excussum est. Errasse Hermesius dicitur „circa motivum credibilitatis.“ Per se lucet cum ista reprehensione coniunctissimam esse alteram, qua Hermesius coarguitur hoc statuere principium: „rationem principem no

am ac unicum medium esse, quo homo asse-
i possit supernaturalium veritatum cogniti-
em." Faciemus itaque, ut duo haec, quorum unum
altero non differt, coniunctim pertractemus.

Hermesius si revera statueret principium modo ante
mmemoratum contenderetque veritates supernaturales,
est supernaturali modo traditas, sub ea tantum con-
tione, si easdem ratio humana ex suis legibus per-
icere posset, non propter motiva externa, etiam
ne illa rationis perspicientia firmissime credendas esse;
ofecto non modo non catholicus, sed ne christianus
idem homo existimandus esset. Sequeretur enim pu-
m putum Rationalismum, tolleret vim omnem
eritatum supernaturalium itemque fidei his veritatibus
lhibendae, abuteretur vocibus usitatis, quarum signifi-
tio neminem vel mediocris ingenii latere potest, id
geret, fraudulente et callide retinens doctrinae christi-
ae nomen, ut ea, quae Jesus Christus revelavit, in
eram Philosophiam converteret. Atque haec omnia,
aibus omnino evertitur fides divina, id est fides prop-
r auctoritatem divinam suscepta, reapse in Herme-
um eiusque discipulos cadere nonnulli homines explo-
sse sibi videntur, inprimis illi, qui in Ephemeridibus
chafnaburgensibus locis supra (pag. 66 et 81) allatis
n verentur perfricta fronte, oppressis tamen nomini-
is suis, Hermesium accusare, quod „fidem convertat
theorema philosophicum," quod „fidem ex ar-
mentis internis, id est a sola ratione petitis
is Vernunftgründen), cum naturali evidentia ita
ducere instituat, ut omnis sanae mentis homo ad cre-
ndum cogatur," quod „veritates supernaturales ex
e solo eruere instituat," quod „deficiens ab ecclesia

motivum fidei in ipso subiecto, id est in ipsa ratione positum esse dicat, negetque inveniri in testimonio externo, in auctoritate divina." Verum enimvero quot verba, tot falsa, ne dicam: tot mendacia, tot calumniae! Nihil horum omnium, quae accusatores ad Sanctissimum Patrem detulerunt, nihil, inquam, plane nihil cum veritate consentit; idque ipsum tam est in promtu, ut sane freno utendum sit, ne indignatione propter incredibilem iniuriam Hermesio illatam suborienti abripiatur animus.

Distinguendum est inter duo genera motivorum, ubi quaeritur de doctrina christiana vel de alia quacunque, quae se divinitus traditam profitetur. Unum genus est, quo movemur, ut factum revelationis divinae, hoc est, ut supernaturalem et divinam doctrinae ad credendum propositae originem credamus; alterum est, quo movemur, ut ipsa dogmata, etiamsi incomprehensibilia sint, vera et rata habeamus. Utriusque generis motiva omnino externa sunt, et quanquam unum cum altero maximam coniunctionem habet, tamen confundere ea neque discernere posse propriam eorum vim, (id quod accidisse video Hermesii accusatoribus,) necessario rectum in his rebus gravissimis iudicium perturbat.

Iam illud motivum, quo movemur, ut doctrinam a Jesu Christo propositam non humanam sed supernaturali modo et divinitus traditam esse credamus, quale sit ex Hermesii sententia, satis copiose diximus cap. VI. et VII. Videlicet positum est in prodigiis et signis, in testimonio, quod Jesus de sua missione dedit, in iis omnibus, quae huic testimonio plenissimam fidem adsciscunt, uno verbo: in characteribus cum doc-

na christiana coniunctis et illo loco expositis. Per
s characteres obiectivos et externos ratio
stra tanquam cognoscendi et credendi subiectum
legibus a Deo ipsi ingeneratis eo adduci potest, nec
test tantum, sed etiam, si satis diligenter et sincere
mia considerat, necessario adducitur, ut sentiat at-
e intelligat cum morali necessitate (ex officio) cre-
ndum esse: in Jesu Christo insedisse virtutem na-
rae viribus altiorem, eundemque fuisse lega-
m Dei; ac proinde doctrinam ab eo traditam mi-
ne humanam esse sed supernaturalem divinam.
l hunc igitur exitum venit tota Hermesii demonstra-
, quam cap. VI. et VII. pro viribus nostris exposui-
ıs, haurientes tum ex Introductione Philosophica, tum
Introductionis Positivae Parte Secunda, quae non-
ım typis excusa est. Respondeant periti arbitri, hic-
ıe sit Rationalismus. Ego certe per Rationalis-
ım intelligo eam doctrinam, quae, quum agnoscat re-
lationem divinam, tamen mere naturalem agnoscit,
pernaturalem nullam: contra quod Hermesii demon-
atio illa terminatur in Supernaturalismo. Hunc
ofitetur Hermesius, hunc discipuli eius profitentur, et
idem propter motiva illa externa, quibus non possu-
ıs non credere, nisi a ratione deficiamus. Si aliter
s se haberet, nonne Hermesius ineptus et insanus
mo iudicandus esset, tam multa verbo faciens de mi-
culis, de testimonio Jesu Christi deque aliis huius-
di rebus, quae omnes vim et naturam habent motivi
terni, tam accurate definiens criteria seu characteres
elationis supernaturalis divinae, tamque solerter id
iciens, ut horum criteriorum ne unicum quidem desi-
ari in doctrina christiana evinceret?

Venio ad alterum motivum, quod item externum est, et a plerisque Theologis, nisi fallor, sensu strictiori vocatur motivum fidei divinae seu motivum credibilitatis doctrinae christianae. Hoc autem quamvis maxime cohaereat cum primo genere neque ab eo divelli possit, tamen non est plane idem habendum. Satis aperte, et quomodo coniuncta sint haec duo genera, et quomodo unum ab altero differat, plerique indicant loci, quos cap. VIII ex praeclara Episcopi Argentoratensis Epistola attulimus. Veluti locus, qui huic capiti praefixus est. Itemque ille, quem ex Guetio sumtum Episcopus laudat: „Recta ratio ducit ad revelationem, cuius et necessitatem aperit et certitudinem. Ratio hominem quasi manu apprehendit eumque introducit in sanctuarium, ipsa sese retinens in vestibulo. Hucusque ratio ei loquitur: postquam autem tradidit eum religioni, ipsa tantummodo admiratur servatque silentium. Audi, inquit ei, Magistrum me superiorem, quem ut audias unum, neque me amplius consulas, ad postremum tibi praescribo: ita fit meo iussu, ut me derelinquas, et mea lux est, quae ad aliam te ducit. Equidem fas est, ut sciam, sitne Deus, qui sua nobis revelet consilia atque mysteria: at penetrare et comprehendere omnia velle, quae nobis revelat, insaniae foret..... Omnino ante omnia ratio exquirit certitudinem revelationis. Parata est enim se obcoecare, sed soli Deo, facileque patitur sua lumina sacrificari, sed illi tantum, cui accepta refert.“ Idem Episcopus in eadem Epistola a Sanctissimo Pa-

approbata adversus Bautaenium contendit veritatem m, quae pertineat ad factum revelationis, non esse iectum fidei divinae, sed praecedere hanc fidem eamque ducere*). Quae sententia tametsi eiusmodi , ut Hermesii accusatorum aures vehementissime offen-e debeat, tamen rectissime se habet atque hausta est ex ıitiori mentis humanae cognitione, qua qui carent, hi ıquam non plumbei erunt etiam in rebus theologicis. Nec o admodum difficile mihi videtur ad intelligendum, onam modo fiat, ut illam veritatem amplexi etiam fidem inam suscipiamus. Nam ut primum motivis supra mmemoratis ad factum revelationis supernaturalis inae credendum rite adducti sumus, nunc ad solum um, ut Hermesii utar verbis**), oculi nostri conver-di sunt. Inventum est et accedit novum motivum, ue rursus externum, quo movemur et moveri debe-is, ut etiam singula quaeque dogmata a Jesu Chri-nobiscum communicata pro veris habeamus; ue hoc motivum, (quod sane confundi non debet cum s, de quibus supra diximus,) positum est in sola ctoritate ipsius Dei, qui summa Ratio et mma Veritas est, falli et fallere nescius. enim, ut in Observationibus ad Quaestionem Sextam utaenio propositam praeclare habet Episcopus Ar-ntoratensis: „postquam Deum loquutum esse novimus, (id est, postquam de facto revela-nis divinae constat,) omnino pugnaret cum tione non obedire ipsi.“ Itaque nunc rursus ra-

*) Confer pag. 75, ibique annotationem nostram.

**) Vide Hermesii Introd. Philosoph. pag. 550 ex edit. 1ma et pag. 543 ex edit. 2da.

tio recusare non potest illam fidei assensionem, cuius vi omnia credimus, etiamsi incomprehensibilia sint, quae Deus nobis patefecit, et eam ipsam ob causam credimus, quia patefecit, totosque nos Deo tanquam infallibili auctoritati tradimus. Hoc modo oritur fides divina, recte quidem ita nominata a motivo. Vide simplicem et iustum ordinem, quo unus credendi actus alterum excipit, neque quisquam quidquam in hoc ordine mutare aut invertere potest, quemadmodum Bautaenius multique nostratium fecerunt, nisi leges cogitandi et credendi, quibus mentem humanam adstrictam esse voluit Deus, radicitus tollat, atque hoc modo viam omnem praecludat iusta ratione perveniendi ad fidem supernaturalem divinam.

Sunt autem dogmata a Jesu Christo proposita non unius eiusdemque generis. Alia pura recte vocantur, alia mixta*). Omnino utriusque generis dogmata, quippe revelata a Deo, nituntur infallibili auctoritate divina, et propter externum hoc argumentum sine ulla haesitatione rata haberi debent. In iis tamen, quae mixta sunt, etiam internum argumentum, ex ipsa ratione humana petendum, obtinet; alioqui enim mixta esse non possent. Quodsi quis quaerat, annon superflua istorum quidem dogmatum revelatio dicenda sit, facillima responsio est. Primum enim indocti minusque subacti ingenii homines bene multas veritates, quarum cognitio per se quidem patet rationi humanae, aut omnino non aut non satis perspicue satisque certo intelligunt. Deinde etiam docti, quamvis diligenter inquirant, vel in iis rebus, quae ad forum rationis perti-

*) Vide de hoc discrimine pag. 85 s.

rrant, propter innatos humanae naturae limites minime ti sunt ab omni errore; itemque facile fit, ut verissimae certissimaeque cognitiones, ad quas recto rationis u iam pertigerunt, denuo obscurentur, in dubitationes adducantur, aut omnino obruantur suamque amitnt efficaciam, ubi pravae animi commotiones cupiditesve exortae sunt. Facile enim, ut ait Muratorius e Ingen. Moder. lib. I. cap. 6, „voluntatem occuat aut gloriae appetitus eiusque soboles, novitatis aror aut dominandi libido, aut aliae cupiditates huiusodi, quae uno Concupiscentiae nomine designantur in acris Scripturis. Ita imperio delirantis et in varios ffectus dissipatae voluntatis abreptus intellectus delirare et ipse cogitur. Neque enim, dum tam male se habet voluntas, et dum corpori nimium servit, menti vacat veritatem perscrutari atque errores detegere; quippe quae tum unice studet rationibus, quibus voluntati comparentur illa apparentia bona. Et siquidem vacat, in irritum saepe cedit mentis conatus, non sinente male sano affectu, ut sincere mens iudicet, et aperte aut subdole agente voluntate, ut suae cupiditati faveat et consentiat intellectus infirmus.“ Quae quum ita sint, profecto immensum non modo indoctis sed etiam doctis hominibus beneficium Deus hoc ipso praestitit, quod etiam multas veritates gravissimas, quae per se quidem et sensu absoluto non excedunt humanae rationis vires, supernaturali modo per Jesum Christum tradidit atque infallibili auctoritate sua confirmavit. Enimvero haec infallibilis auctoritas et propriae intelligentiae defectum ubique compensat, et illud efficere debet, ut dubitationes, siquae ingerantur ab irritata concupiscentia, tanquam inanes umbrae evanescant.

Explorato demum et solidis argumentis consti totam doctrinam christianam esse divinitus trad patet aditus, isque certissimus, ad Theologiam cialem, inprimis Dogmaticam seu Theoretic in qua illud agendum est, ut singula quaeque fide gmata, sive pura sint sive mixta, iusto ordine rect methodo demonstrentur. Atque hoc negotium ex mesii sententia multas cautiones habet, quarum no las hoc loco, alias infra commemorabimus. Pr quum fontes, ex quibus cognitio eorum, quae (stus docuerit, quaeve non docuerit, minime in r ratione positi, sed potius externi sint, (nempe Codices, Traditio et infallibile ecclesiae Magister profecto etiam consulendi sunt hi fontes externi, i committendum est, ut his neglectis vel posthabitis stiana fidei dogmata ex sola ratione ducantur, an tionis placita, quamvis fortasse non improbabilia, nomine venditentur pro dogmatis christianis. In Theologiae Dogmaticae campo nullus est, ut Hern quidem statuit, usus Philosophiae positivus.] quitur tamen usus Philosophiae negativus, et negativus, in eo consistens, ut, ubicunque revela Christo dogma videri queat rationi aut etiam aliis sti effatis repugnare, abesse talem repugnantiam catur, obiectionesque adversariorum ex Philosoph promptae Philosophiae armis enerventur*).

Igiturne erravit Hermesius circa motivum cr litatis doctrinae christianae? aut Rationalismi ad

---

*) Rectene Hermesius ita restringat Philosophiae usum, an aut debeat etiam positivus usus sub certa conditione infra disseretur.

principio evertere veritates supernaturales et divina humana facere conatus est? Id si affirmare liceat de Hermesio, non licebit ullo pacto negare de Liebermanno, de Episcopo Argentoratensi, de innumerabili clarissimorum theologorum choro. Possuntne fortisan cum aliqua veri specie obiicere adversarii me incertum existere Hermesii interpretem? At non ego solus illo modo intellexi atque intelligo Hermesium, sed omnes, quod sciam, huius Viri discipuli eodem modo intellexerunt atque intelligunt; omnes inprimis, qui ex hoc numero Monasterii, qui Bonnae, qui Treviris, qui Vratislaviae, qui Posnaniae, qui Brunsbergae publico Theologiae docentis munere funguntur, quique ad severam rationem Episcopis suis Sanctissimoque Patri reddendam paratissimi sunt, non alia de infallibili auctoritate divina omninoque de causis ad credendum moventibus tradiderunt unquam vel tradunt, atque ea, quae tradita fuisse ab Hermesio supra exposui. Horum omnium non spernenda mihi videtur auctoritas, ubi de vera quaeritur Hermesii sententia. Sed nequid desideretur in ea, quam agitamus causa, testis citandus est Hermesius ipse. Extant testimonia luculentissima, tantoque numero, ut, si omnia vellemus exscribere, immensa silva congerenda esset. Huc pertinent loci iam supra (p. 89 ss.) commemorati; huc fere omnia, quae Primae Parti Theologiae Dogmaticae ad methodum, qua haec disciplina pertractanda sit, constituendam inde a pag. 1 usque ad pag. 140 Hermesius praemisit; huc denique tota ratio ac via, quam ad singula quaeque fidei dogmata demonstranda constantissime tenet. Placet ex methodi descriptione, praemissa Theol. Dogmat. Parti I, unum atque alterum locum adiicere.

Pag. 18 s. Hermesius loquitur de primis Gnosticis, qui Jesum Christum non pro filio Dei, sed pro magno Philosopho habentes id ipsum studiose agebant, quod Hermesio crimini datur, ut doctrinam christianam de dignitate sua deiicerent, humanae rationis pede divina omnia metirentur, incomprehensibilia vel repudiarent quasi mira inventa et argutias vel artificiosa interpretatione ad suam Philosophiam accommodarent. Iam quid Hermesius de his Gnosticis? Reprehendit, castigat, depravatores eorum, quae divinitus tradita sint, nominat, solos ecclesiae Patres imitandos esse contendit. „Patrum, inquit, fides nitebatur in signis miraculisque et in divinitate Jesu Christi, quae his comprobatur. Contra Gnostici quum suam fidem suspensam facerent ex perspicientia et comprehensione, eo factum est, ut dogmata christiana interpretarentur ex notionibus humanis, crederentque eam ob caussam et eo modo, quia et quo modo ipsi comprehenderent. Molientes autem id unum, ut comprehenderent aliqua ratione, saepissime utebantur interpretatione allegorica, quam sequentes, ut iam supra dixi, explicabant obscuros sacrarum litterarum locos, et in his inesse affirmabant, quod ipsis quidem placeret. Quapropter inter eos reperiuntur, et qui maxime austera morum praecepta tradiderunt, et qui mollissima ac perniciosissima, velut Manichaei; quumque comprehendere vellent, quae crederent, exciderunt mysteria omnia et excidere necesse erat. Illi autem, qui propter divinitatem Christi ad credendum movebantur, etiam incomprehensibilia (modo ne cum revelatione et ratione pugnantia) credere poterant, argumentum habentes in signis et mira-

culis. Hanc fidem ut ab Apostolis traditam ecclesia approbabat; contra Gnostici semper tales existimabantur, qui extra ecclesiam essent. Ac plane ita fert rei natura: quippe homo ex ingenio doctrinae christianae se dedere debet rationis imperio atque eripi e concupiscentia, in quam incidit per peccatum. Quod primum eo fit, si obtemperat rationis praecepto, (quo praecipitur,) ut doctrinam christianam propter divinitatem Jesu Christi credamus, etiamsi vel maxime reluctante concupiscentia. Qui autem non credit nisi ea quae perspexit, in hac re concupiscentiam non vincit. Quapropter etiam Jesus respondens Thomae beatos praedicavit eos, qui credunt et non viderunt (non eos, qui sine ullo argumento credunt — id enim cadere non potest in hominem ratione praeditum — sed qui tantum absunt, ut nihil credere velint, nisi quod sua ipsorum intuitione confirmetur, ut etiam, quemadmodum Petrus, aliis argumentis aures adhibeant atque confidant.") — Plane similia leguntur paullo post, ubi laudat Hermesius Augustinum et Theophilum, qui suae aetatis Gnosticos impugnaverint, atque adversus hos contenderint non e Philosophia sumendam esse fidei materiam (τὸ ὅτι), sed ex Sacra Scriptura et Traditione, credendumque ante omnia esse propter auctoritatem Jesu Christi, ac tum demum quaerendam intelligentiam, id est scientiam perfectiorem. Deinde haec subiungit Hermesius pag. 20—21: „Perspicere doctrinam non habeo necesse, at hoc necesssse est, ut eam argumentis probem sive ut argumentis mihi probata sit, si quidem credam, nam sine argumento quod moveat, nisi repudiare velim ra-

tionem, credere non possum. Iam si Jesus est legatus Dei, qualem se comprobavit, ut etiam s. Petrus ait (Act. 2, 22): nimirum omnia vera sunt, quae ut legatus Dei docuit, etiam hoc: se esse filium Dei. Nunc itaque necesse non est, ut etiam alio modo unumquodque dogma probemus, nedum ut perspiciamus. Dummodo hoc monstratum sit, dogma a Jesu Christo traditum esse, ob eam ipsam causam ratum habere et credere debemus, quia docuit Jesus, qui comprobatus est legatus Dei, cuius proinde doctrina ipsius Dei doctrina est." — Et pag. 44: „Gnostici non eo modo demonstrabant dogmata, ut provocarent ad auctoritatem Dei: ut dicerent esse dogmata legati divini, qui talem se comprobasset miraculis et potentiae et scientiae; verum id agebant, ut Philosophiam suam ad dogmata christiana transferentes haec ipsa facerent comprehensibilia. Iam vero Gnosticos semper pro haereticis habuit ecclesia. Atqui causa huius rei, ut apparet ex recolendis iis, quae dicta sunt de methodo Jesu Christi et Apostolorum, non potest in eo sita esse, quod illi aut negligerent moralem doctrinae christianae partem, aut sequerentur eruditionem perfectioremve scientiam, aut singula non redigerent ad systematis formam; ex quo efficitur: ut causa tantummodo ponenda sit in methodo demonstrandi: quippe quum comprehendere dogmata christiana, et eatenus tantum pro veris habere et credere vellent, quatenus ea comprehendissent. Primum igitur, quod damnat ecclesia illud est, si deficitur ab (antiqua) demonstrandi methodo, hoc est, si doctrinam non ita demonstramus

ut, nulla ratione habita, sitne comprehensibilis, an incomprehensibilis, comprobemus esse doctrinam Dei, quo quidem modo Christus atque Apostoli eam proposuere et consentientes habuere Patres Apostolicos, qui ad Christum omnia referebant in eoque supremum argumentum (motivum credendi) inveniebant." — Eadem recurrunt pag. 40: „Ubi demonstratio mere humana est, quum tamen debeat esse divina; ubi fidei assensionem non ex hac causa, quod Dei doctrina sit, suspensam facimus, ibi ecclesia reprobat hanc demonstrandi methodum." — Et p. 48: „Non convenit doctrinae christianae ingenio credere dogmata, quia perspiciantur; sed postulat hoc ingenium, ut credamus dogmata, proptereaquod tradita sint a Deo omnia scienti, veracissimo et sanctissimo" — Pag. 64 s. Hermesius in Theologis Scholasticis illud reprehendit, quod saepe nimia et male opportuna philosophandi subtilitate etiam mysteria christiana, ut dogma de Trinitate, ad mentis humanae captum accommodare voluerint, neque satis sibi putaverint ostendere, nihil in his mysteriis contineri, quod cum ratione pugnet. „Omnis igitur Philosophiae usus, pertinens ad dogmata, quae revelata esse constat, mere negativus est; qui vero positivum etiam usum inducunt, sive conciliantes supernaturalem cognitionem cum naturali, sive illam amplificantes ultra revelationis effata, omnino limites Philosophiae ac iustae explorationis excedunt." — Eandem sententiam Hermesius profitetur pag. 98, et rursus pag. 108, ubi etiam haec sunt: „Caveat Theologus, ne argumenta, quibus dogmata christiana et catholica demonstrentur, ex Philosophia depromere instituat, quum petenda sint ex Lo-

cis theologicis: ubicunque autem hi fontes inter se permutantur, philosophice ostendat, quam istud quidem fiat iniuste, et e contrario iustam esse Catholicorum methodum ex tractatu de Locis theologicis demonstret. Ostendat hac fontium permutatione in revelatae doctrinae locum nunquam non substitui doctrinam rationis, hanc ipsam autem rationis doctrinam qua talem necessario incertam esse, quoties agitur de re aliqua, quae naturales nostras cognitiones superat."

Consistamus hic, ne cumulandis locis — nam similia prope omnibus Methodologiae paginis recurrunt — fatigemus lectorum patientiam. Illud autem quaerere fas est: nullamne Hermesii accusatores notitiam habuerint horum omnium, quae, me hercule, et per se ipsa satis clara sunt vacantque ab omni ambiguitate, et per totam Theologiae Dogmaticae pertractandae methodum Hermesianam ita confirmantur, ut ne tenuissima quidem fallaciae suspicio suboriri possit. Si caruerunt idonea notitia, quam comparare sibi et potuerunt et debuerunt; quis iustus arbiter dubitabit, quin pessimam sibi notam contraxerint valde praepopera et incauta accusatione? Si habuerunt et habent notitiam, quomodo possint esse quieto animo, non intelligo. Ego certe, severum iustissimi Dei iudicium extimescens, malim bonorum omnium fecisse iacturam, quam ea sparsisse in vulgus aut Romam detulisse, quae nonnulli in Germania viri, nescio quo studio impulsi, de Hermesio Hermesianisque evulgarunt aut ad Sanctissimum Patrem detulerunt. Nihil eorum, quae locis supra allatis „plures Catholici" clamaverunt, oppressis tamen nominibus suis, nihil, inquam, plane nihil cum veritate consentit.

Dicent fortasse non constare sibi Hermesium: alia ceri ab eo in Theologia Dogmatica, alia rursus in troductione Philosophica; posteriorem librum prorsus ectum esse Rationalismo. Ego vero, si fundamenta- s sententias, quibus illi vel omnes vel magna ex parte dicti sunt, cum Hermesii compono, minime mirari ssum, quod degustantes Philosophiam Hermesianam aeque de coniunctione fidei divinae cum ratione huana Hermesius docet, nihil sapere sibi videntur nisi ationalismum. Accusatores vix non penitus extinctam homine volunt esse rationem: Hermesius obscuram ac debilitatam dicit. Illi inficiantur esse certa ulla tionis principia, quae quidem in quaestione de vera eligione instituta usu veniant aut ad certam perducere onclusionem possint: Hermesius cum Episcopo Arentoratensi, approbante Sanctissimo Patre, in ea sentia est, labefactatis aut reiectis rationis principiis ligionem ipsam fieri absurdam atque ridiculam. Illi gant in homine rationem moralem, quae ex naturae a eo ipsi ingeneratae impulsu honestatis praecepta prontiet, voluntatem obliget hominemque praevaricantem mnationis poena afficiat*): Hermesius plane contra-

*) Quid de hac re paucis verbis comprehensum in Ephem. Schafnab. scripserint „plures illi Catholici," iam supra (pag. 86) vidimus. Sed vix credibile est, quam audaces et prodigiosas de eadem re opiniones publici iuris facere non dubitaverit unus ex antesignanis Hermesii adversariorum, A. de Sieger, in libro adversus Hermesium anno 1831 Düsseldorpii edito atque ita inscripto: „Urphilosophie den Si(y)stemen der Dogmatisten, Kant's, Jacobi's, vorzüglich dem Nothwendigkeitssisteme von G. Hermes gegenüber angedeutet." Huius igitur libri auctor ab Hermesii adversariis magno applausu exceptus, et in eo certe laudandus, quod viriliter nomen suum professus est, inter alia paradoxa asseveratissime et cum incredibili quadam sui fiducia

rium statuit cum omnibus fere Philosophis et Theologis convenienterque communi hominum persuasioni. Rursus illi, opportunitate data, conviciis onerare solent rationem, appellare fontem omnium errorum atque ita describere, ut dixeris esse equum Troianum, unde prorumpens hostium turba ecclesiae arcem invadat: Hermesius rationem habet pro nobilissimo Dei munere, errores autem, monstra opinionum perversitatesque non ex ipsa ratione ducit, sed ex fontibus ei contrariis*).

---

etiam haec profitetur: „quo iure Hermesius rationi facultatem tribuat imperandi, voluntatem dirigendi et hominem imperio suo non obedientem damnandi, eodem iure posse similem facultatem etiam concupiscentiae tribui (pag. 26).“ Item: „si ratio practica inesse homini dicatur, quis vadem se praestare queat, non errare hanc rationem practicam, sed vera et recta iubere? (pag. 29).“ Item: „prorsus incertum videri, quod Hermesius contendat, unumquemque hominem, propterea quod homo sit, id est propter dignitatem aliquam ipsius menti ingeneratam, aestimandum esse (ibid.).“ Item: „quemadmodum theoreticae rationis axiomata per diligentem disquisitionem labefactari omnia possint — sic principium causale, ex quo iudicamus et credimus, nihil esse aut fieri sine causa posse, ex Siegeri decreto commenticium est —, ita idem dicendum esse de omnibus morum praeceptis, quae practicae rationi tribuantur (ibid.).“

*) Idem docet Episcopus Argentorat., approbante et laudante Sanctissimo Patre. Praeclara sunt, quae de hac re in Appendice ad Epistolam illam Pastoralem leguntur. Nam quum Bautaenius dixisset: „Error est solius rationis,“ hanc inauditam atque turpissimam sententiam ita perstringit Episcopus (pag. 5): „Oportuit dicere: veritas est rationis, quemadmodum, error manat ex fonte rationi contrario (comme à la déraison appartient l'erreur). Ratio donum Dei est, sicuti fides. Utraeque igitur sorores sunt: natu maior conducit ad minorem, semperque huic locum priorem cedit, ipsa quidem sese retinens.“ Et rursus, quum Bautaenius convicia iactasset in rationem eamque appellasset „meretricem saeculorum, quippe quae adulterino habito commercio cum spiritu erroris spurias quascunque doctrinas procreaverit,“ foedissimam progeniem mendacii, quo mens

cusatores, quibus ratio nihil fere est praeter faculta-
n passivam, omnia dogmata a Jesu Christo propo-
a in numerum mysteriorum referunt, saltem ne unicum
idem ex internis argumentis certo inveniri posse a
ione arbitrantur: Hermesius cum omnibus Theologis
ctoritate aliqua pollentibus etiam mixta dogmata agno-
t, quae et internis argumentis nitantur et externa
ctoritate infallibili confirmata sint. Illi vel eam fidem,
a esse Deum credimus, eundemque potentissimum,
entissimum et veracissimum, suspensam faciunt ab
ctoritate divina, id est, a praevia huius auctoritatis
nitione: Hermesius istam fidem seu persuasionem a
ione petit, eandemque necessario praecedere docet
eri fidei, quae sensu strictiori a motivo dicitur
es divina; qua quidem in re praeter alios innumeros
ctores assentientes habet Episcopum Argentoraten-
n et D. Thomam Aquinatem*). Illos si audias, omnis
gumentorum disquisitio et exploratio rationis usu su-

---

humana infecta fuerit lugubri illa occasione, quum ad inhonesta sollicitaretur, atque de gradu deiiceretur," rectissime tanta convicia, quibus nihil potest doctrinae christianae magis adversari, his verbis repellit (pag. 7): „Rationi imputare dedecora, ad quae subeunda compellitur effraenatis cupiditatibus, hoc quidem est denigrare donum Creatoris, hoc est ipsius naturam deformare. Infantes hominum si semper obedientes fuissent rationi, nunquam doctrinas illas spurias et monstruosas in lucem protulissent; Adamus nunquam tentationi aures praebuisset. Cernere hoc licet ex vehementissimis obiurgationibus, quibus afficere se ipsum cogebatur, quum primum ratio potuit denuo iura sua in eum exercere."

*) Verba D. Thomae haec sunt (Summ. Theol. P. I. qu. 2 art. 2): „Dicendum, quod Deum esse et alia huiusmodi, quae per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom. 1, non sunt articuli fidei (sc. divinae), sed praeambula ad articulos."

acepta ad factum revelationis supernaturalis divinae constituendum non modo superflua est, sed abominanda et detestabilis, quippe quae vel Scepticos vel incredulos homines efficiat. Et nimirum in hoc decreto non inconstantes sunt pro ea, quam ipsi sibi finxerunt, opinione de rationis natura. Propterea iterum iterumque declamitant: abstineas, quaeso, ab omni inquirendi studio; habes infallibilem ecclesiae catholicae et sacerdotii auctoritatem; haec semper viguit, haec etiam hodie ad te loquitur, huic ab infantia tua credidisti, huic vir factus cum eadem, quae infantium est, cordis simplicitate credas; non potes inquirere, ponderare aut examinare velle, sitne vera, annon sit ecclesia illa, nisi per superbiam et fastum intolerabilem, nisi omne veritatis fundamentum tollas*). Hermesius pariter atque Episcopus Ar-

*) Abundat huiusmodi declamationibus Siegeri liber modo ante commemoratus. Veluti hoc: „Disquisitio de vera ecclesia excidere debet (pag. 70).“ Ibid. „Disquisitio, an testes pro doctrina christiana fide digni sint, excidere debet.“ Item: „Mittenda est igitur omnis quaerendi et examinandi opera, propterea quod criterium, ex quo responsum aliquod efficiatur, non habemus. Nam si quaerimus, sitne vera ecclesia, ipsa sola criterium et notas verae ecclesiae nobis indicare potest (p. 71)“ hoc est: ecclesia catholica testatur se esse veram propter hos illos characteres; qui characteres an revera adsint, minime licet inquirere, sed adesse simpliciter credendum est propter ecclesiae testimonium. Ibidem: „Nullius frugis est omnis disquisitio. Iam quae illa methodus est, quae ita nos perducit ad cognitionem Dei, doctrinae christianae et ecclesiae, ut de his quaerere eorumque existentiam examinare opus non sit? Talem methodum nobis quidem suppeditare videtur systema auctoritatis, quod vocatur,“ nempe illud systema, quod cum aliis in ecclesiam introducere conatus est Delamennaius, a Siegero quidem magnopere laudatus (§. 15), sed a Sanctissimo Patre iure optimo damnatus. — Eadem sonant prope omnia, quae reperiuntur §. 19. Veluti hoc: „Nunc itaque, quasi nulla adhuc disquisitio instituta fuerit, ad statum in-

gentoratensis et immensa Theologorum multitudo ita censet, neque omnino illicitum esse inquirere de vera religione — nam quomodo, quaeso, si non liceret, de falsa religione se liberare possent Muhammedani aut alii? — et recto rationis usu sinceraque argumentorum consideratione nos eo adduci et posse et debere, ut revelationem divinam per Jesum Christum modo supernaturali factam esse firmissime credamus aut credentes confirmemur. Idem contendit hoc facto idoneis argumentis constituto, (quod fieri ante omnia debeat,) primum illud effici, ut singula quaeque Jesu Christi effata propter infallibilem auctoritatem divinam credenda sint, deinde illud quoque, ut in ecclesia a Jesu Christo instituta infallibile Magisterium agnoscendum sit, et agnoscendum quidem propter peculiaria quaedam effata prophetica, quibus ecclesiae suae Jesus Christus fallere nescius pollicitus est Spiritum Sanctum. Omnino igitur Hermesius infallibile in ecclesia catholica Magiste-

---

fantiae, quae credit non ante inquirens, reverti debemus nosque convertere ad auctoritatem, ut accipiamus. Quodsi facti fuerimus sicut parvuli, et si omnem disquirendi superbiam missam fecerimus; aperietur nobis regnum coelorum." Item: „Auctoritas (ecclesiae catholicae) ad nos accedere debet, ut testetur, ipsam oportet esse activam, nos passivos; ipsa debet docere, et solo quidem testimonio suo, invocata apparere, invocata nos inquirere. Est autem haec tantum auctoritas absoluta; nam Sinenses, Indi, Muhammedani, ipsi etiam Judaei non sunt talis auctoritas, propterea quod non docent, non testantur coram nobis, sed coram suis, quo fit, ut ipsorum traditio quoad formam et modum traditionis confluat cum traditione generis humani (weil sie ja nicht lehren, vor uns nicht zeugen, sondern vor den Ihrigen, wodurch ihre Tradition der Form nach, der Ueberlieferungsweise Ihres Zeugnisses nach, mit der des menschlichen Geschlechts zusammenfällt.)"

rium statuit, non sine argumento sed propter promissionem Jesu Christi, neque ita in circulo versans, ut huius Magisterii auctoritate firmare velit vel existentiam Dei vel factum revelationis vel miracula vel alia generis eiusdem*). Accusatores per multiplicem principii petitionem ordiuntur ab eo, in quo Hermesius terminatur. Illi nescio qua arte cum Bautaenio invertunt naturalem, id est ab ipso naturae nostrae Conditore praescriptum, cogitandi et credendi ordinem: Hermesius rectam viam ingreditur praestantissimis Theologis probatam, servat insitas menti humanae leges, quas negligere aut perturbare in quocunque disciplinarum genere nisi maximo detrimento nemo potest. Illi quum abhorreant ab omni disquirendi et ponderandi studio, Rationalistas appellant omnes, qui vel tantulum rationi largiuntur: Hermesius aestimanda esse contendit rationis et ingeniorum iura a Deo ipso sancita. Quae quum ita sint et omnium oculis pateant; an mirum est, quod illi in Hermesio, qui re-

*) Prorsus eodem modo, quo Hermesii et scholae Hermesianae adversarii, detrectantes omnem inquirendi operam, ubique ad ecclesiam provocant, provocavit etiam Bautaenius. Sed audiamus, quomodo istum reprehendat Episcopus Argent. in Epist. Past. pag. 24: „Dicere Ecclesiam docentem confirmare et sancire Traditionem de miraculis, hoc est invertere idearum ordinem. Miracula confirmant divinitatem Salvatoris nostri et inspirationem ipsius discipulorum: horum praedicatio verbis scriptisque facta enuntiavit terrarum orbi, promisisse Jesum Christum fore, ut perpetuo adsit Apostolis suis eorumque Successoribus: vide originem auctoritatis spiritualis (ecclesiasticae). Provocare ad eam hoc loco ad probandum id, quo ipsamet probatur, hoc est apertissimum describere circulum vitiosum, offendere recti sensum (le bon sens) et defectum prodere iustarum cognitionum circa fundamenta doctrinae christianae.“

tantum abest a Rationalismo, quantum Episcopus
ntoratensis et ipse Sanctissimus Pater, nihil vident
terquam pestiferum Rationalismi sectato-
? Ipsi autem quo nomine afficiendi sint, peritis
ris iudicandum relinquo.
Solent in ore habere iidem adversarii notissimum
plurimorum Patrum: oportet credere, ut in-
igamus; nisi credideris, non intelliges.
ie hoc ita interpretantur, ut Patres iussisse dicant
endum esse sine ulla argumentorum, quibus credi-
is doctrinae christianae nitatur, exploratione; unde
ludunt Hermesium defecisse a Patribus. Et vere
luderent, dum vera esset ipsorum interpretatio.
ierunt autem ex Hermesio discere, quomodo acci-
da sint verba illa, quae rite accepta et eo sensu,
voluere Patres, sapientiae plenissima sunt. Nam
n adversus Gnosticos dirigeretur illa Patrum sen-
a; certe etiam significatio, nisi Patres fudisse in-
is dixeris, pertinere debuit ad Gnosticorum doc-
m et rationem fundamentalem, quae qualis fuerit,
a expositum est. Sed audiamus, quae ipse Her-
us de hac re disputat Theol. Dogm. P. I. p. 19 ss.
ı Augustinus, inquit, de iis loquitur, qui nihil
unt, nisi quod ipsi intelligant, perspiciant,
am ob causam, quia perspiciant. De his au-
dicere Augustinum oportuit propter Manichaeos,
lla extiterant aetate et erant Gnostici, quemadmo-
Manes, eorum princeps. Idem reperitur apud
ophilum, qui contendit: ea, quae tradita sint,
debere, deinde illud agendum esse, ut quodam-
intelligamus; contra non licere, ut primum intel-
ac deinde credere velimus, nam ita tolli doctri-

nam christianam. Posterior autem ratio erat Gnosticorum, qui interpretantes ipsam materiam (τὸ ὅτι) dogmatum, eique notiones e Philosophia sua subiicientes id unum credere volebant, quod et quia perspicerent. Hos igitur castigavit Theophilus dixitque: materiam fidei e Sacris Codicibus et Traditione sumendam ac tenendam, deinde demum intelligentiam quaerendam esse. Hac significatione praecipit: ut credamus ac deinde intelligamus, ut ne primum intelligere vel potius perspicere ac tum demum credere velimus. Idem saepe enuntiatum reperitur ea aetate, qua orta est Theologia Scholastica. Sic ait Anselmus: perpauca nos cognita habere de rebus divinis; at naturam humanam cupidam esse intelligentiae; propterea primum credendum et materiam fidei tenendam, deinde eiusdem intelligentiam quaerendam esse: „„non quaero intelligere, ut credam; sed credo, ut intelligam."" Quae omnia diriguntur adversus Gnosticos. Nostrae aetate haec, praesertim Anselmi verba, a nonnullis perperam accepta in hunc modum explicantur: doctrinam christianam (id est credibilitatem huius doctrinae) non argumentis demonstrandam, sed sine ulla demonstratione eam unam ob causam, quia christiana sit, (id est, quia hoc nomine feratur,) fidem assensionemque ei adhibendam esse; quocirca etiam vox illa intelligere redditur per vocem ancipitem scire. Petrus quidem Apostolus non postulavit, ut crederent in Jesum, quia Jesus esset, (id est, quia hoc nomine uteretur,) sed quia esset vir approbatus a Deo in hominibus virtutibus et prodigiis et signis, quae fecisset Deus per illum in medio hominum, sicut et hi ipsi scirent. (Act. 2, 22)." Itaque, ut paucis compre-

lam, haec est significatio sententiae a Patribus recme defensae adversus Gnosticorum sectam: errare qui fidem doctrinae christianae adhibendam suspenfaciant a praevia perspicientia; Jesu Chriqui luculentissimis argumentis a ratione agnoscense legatum Dei comprobaverit, hanc ipsam ob iam in omnibus credendum esse, etiamsi non periamus; hac autem fide rite suscepta inventum esse im adiumentum, quo utentes ingeniosi viri, sed ita tes, ut nunquam desciscant ab auctoritate divina, sint etiam ad altiorem et profundiorem intelliiam, non apertam scilicet incredulis, pertingere. dicere voluere Patres, neque aliud quidquam iis, impugnarent Gnosticos, in mentem venire potuit. ersariorum interpretatio prorsus reiicienda est, quippe tias affingens Patribus. Et praeclare hoc idem Murius, maximi ingenii atque admirabilis eruditionis o, monstravit de Ingen. Moderat. lib. I. cap. 5. ersus Phereponum (Clericum), qui Augustini verba: credideritis, non intelligetis, perperam interpretatus nodo, quo faciunt Hermesii accusatores, perstrinausus esset splendissimum ecclesiae lumen. Quam ellat male sanum Interpretem et Criticum Murato-! Inspiciant ergo, si volent, Muratorium totumque l caput diligenter perlegant accusatores Hermesii; llant, si poterunt: si non poterunt, se ipsos deisse a Patribus fateantur.

Unum restat, quod coniunctum cum iis, quae modo diximus, paucis verbis expediatur. Hermesius, ut a commemoratum est, et innumeri loci in eius lidisertissime loquuntur, duplicem Philosophiae m in Theologia christiana discernit, unum nega-

tivum, alterum positivum. Et priorem quidem ipse non modo agnoscit, sed necessarium esse docet: ut ubique planum fiat dogmata a Jesu Christo tradita non pugnare neque ipsa inter sese neque cum ratione; ut impedimenta fidei tollantur; ut obiectiones adversariorum, siquae illatae sint aut possint inferri, diluantur, ac fidei depositum contra omnes impetus defendatur. Propterea laudat Patres, „qui omnes Philosophia usi sint, non ad exstruenda sed ad defendenda dogmata christiana, et potissimum ad evertenda ea, quae illis obiicerentur.“ (Theol. Dogm. P. I. pag. 27). Velim id probe animadvertant accusatores Hermesii; nam isti quidem quomodo pro ea opinione, quam sibi finxerunt de rationis natura ac proinde etiam de Philosophia, vel negativum huius disciplinae usum in Theologia christiana possint concedere et in hoc genere non deficere a Patribus, haudquaquam intelligo. — Contra positivum Philosophiae usum in Theologia christiana Hermesius nullum esse dicit, aut si concedit sub certa quadam conditione, tamen magni ponderis habendum infitiatur. Quaeri licet, an recte omnino statuat? nam de hac re alios aliud sentire video. Ut magis liqueat, quod quaerimus, paullo explanatius dicendum est, quid intelligi per hunc positivum Philosophiae usum et velit et nolit Hermesius.

Non intelligit illam mentis actionem atque operam, quae in hoc uno consistit, ut iusto ordine rectaque methodo singula quaeque dogmata ex fontibus externis hausta comparemus, digeramus, ad systematis formam redigamus atque hoc modo clare percipere studeamus admirabilem eorum inter se connexionem, quatenus ista quidem connexio ex ipso

gmatum argumento, tenore et unius ad alte-n relatione cognosci potest diligenti com-ratione instituta. Hoc negotium etiam Herme-s dicit vel maxime incumbere Theologis: quod nisi nue perficiant, docta Theologiae scientia eos plus us carituros esse et ne satis quidem instructos fore exequendum id, in quo negativus Philosophiae usus natur. Ex quibus facile apparet etiam secundum mesium rectissime se habere sententiam illam: nisi dideritis, non intelligetis, si quidem intelli-di vox, quemadmodum omnino fieri debet, accipiatur scientia quadam docta et perfectiori. An puta-us eos, qui Jesum Christum esse legatum Dei non diderint ante omnia, neque adhuc universae ipsius trinae fidem adiunxerint, ad hoc permotum iri, ut n operam satis difficilem atque arduam, quam Her-sius requirit, et sine qua perfectior illa scientia com-ari nullo modo potest, vel strenue suscipiant vel su-ptam satis constanter peragant?

Exposito, quid non intelligat Hermesius per posi-um illum Philosophiae usum, sequitur ut paucis di-mus, quid intelligat. Duplex autem huius generis lus dignoscendus est, quorum unus tollit fidem chri-nam, alter salva fide constare potest. Priorem sequuntur, non tantum id agunt, ut dogmata chri-na rationis vi seu philosophando perspiciant et con-iant, sed etiam contendunt hoc demum modo vere ad scientiae normam ipsa dogmata comprobari; d profecto idem est ac dicere proprium et plenum dendi motivum in rationis perspicientia et phi-ophica constructione situm esse, non in aucto-te infallibili divina, etiamsi ad illam perspicientiam

non perveneris. Quis est, quem effugiat talem Philosophiae usum positivum, nimium sane inter nostrates vigentem, revera non differre a ratione Gnosticorum illorum, qui sacras litteras et traditionem libidinose tractabant et quidquid ipsis placeret, inesse affirmabant, qui ecclesiam non audiebant, qui Philosophiae principatum tribuebant prae Revelatione divina, illam dominam, hanc ministram et servam constituebant? Hermesius hoc Gnosticismo, ut supra luculentissimis testimoniis demonstratum est, ipsam fidem christianam radicitus tolli rectissime arbitratur.

Sed alius cogitari potest positivus Philosophiae usus, mirifice dissidens ab eo, quem ante significavi. Quid enim? si illud iam peractum negotium est, quod Hermesius quoque incumbere Theologis docet, et quo efficitur, ut singula dogmata ex fontibus externis hausta ad systematis formam redigamus eorumque inter se connexionem clare cognoscamus — omnino enim istud negotium minime negligendum sed ante omnia suscipiendum est, ut docta Theologiae scientia comparari queat — peracta igitur hac opera nonne ab ingeniosis viris, fide divina iam imbutis, etiam altior progressus et quasi volatus fieri potest? Nam ingeneratum est nobis a Deo incredibile quoddam intelligendi et perspiciendi desiderium, idque eiusmodi, ut excitato semel veri investigandi studio mens nostra, quamdiu sentit obscuritatem aliquam, non facile acquiescat, sed liberare se ab omni obscuritate et ad plenam penetrare lucem cupiat. Nonne igitur nobis, dummodo credamus ante omnia propter auctoritatem divinam, etiam eo eniti licet, ut philosophando vel, si magis placet, contemplando et speculando dogmatum christiano-

um et argumenti inclusi propriam vim ac naturam τὸ διότι, das Wie) intelligamus, perspiciamus, comprehendamus? et nonne huc provecti iustis iisdemque certis conclusionibus multa, quae vulgarem hominum captum superant, expedire et in lucem collocare possumus? Concedit Hermesius per talem Philosophiae usum, per talem contemplationem et constructionem, quae fundamentum et principium habeat ipsam revelationem auctoritate infallibili externa confirmatam, non tolli fidem, sed salvam manere — nam creduntur dogmata ad unum omnia propter auctoritatem divinam, et eo sensu creduntur, quo tradita et ab ecclesia proposita sunt —; nihilominus illam inquirendi et perscrutandi operam, quippe iusto subtiliorem, aut omnino omittendam esse censet, aut saltem illud cavendum, ne ideas et rationes speculativas hac via excogitatas pro certis habeamus et articulis fidei aequiparemus. Propterea autem hanc nimiam esse subtilitatem censet, quod revelata dogmata, pertinentia illa quidem ad naturam, proprietates et actiones Dei, ad Trinitatem personarum in una essentia divina, ad alia huius generis plurima, quae recte in mysteriis numerentur, a nobis intelligi seu concipi non possint nisi per notiones analogicas; ex quo concludit eos Theologos, qui ultra huius analogiae limites ferantur et propriam vim illorum dogmatum intelligere itemque eorum nexum proprie explicare construendo intendant, expetere intelligentiam viribus humanis superiorem, quamdiu mens nostra in hoc corporis ergastulo inclusa sit, proinde frustra agere aut saltem in incerto versari. Quocirca Hermesius affirmare non dubitat in multis dogmatibus, ut de Trinitate, de Filio Dei eiusdemque ad Patrem rela-

tione, de divinitate Christi, de resurrectione mortuorum, de creatione mundi ex nihilo et in aliis, saepe numero Theologos Scholasticos, quippe eo nitentes, ut propriam vim illorum dogmatum apertam facerent, ultra iustos limites humanae naturae constitutos egressos fuisse, interdum etiam s. Patres, et in his praecipue Clementem Alexandrinum, qui a falsa Haereticorum γνῶσει veram γνῶσιν distingueret. (Theol. Dogm. P. I. pag. 27—33; pag. 64 ss. et alibi).

Sed dissident ab Hermesio, quod attinet ad positivum Philosophiae usum in Theologia christiana vel potius ad Theologiam speculativam christianam*), non pauci etiam nostrae aetatis Theologi catholici vel maxime orthodoxi, praesertim Güntherus, clarissimus Theologus Vindobonensis, quique Güntheri disciplinam sequuntur. Et ego quidem horum omnium tam parum reprehendo studium alacre et fructuosum, ut etiam magnopere laudare cogar. Exponam breviter, et quid commune cum his sit Hermesio, et quid differentiae intercedere videatur.

Primum utrique, et Hermesius et Güntherus quique cum Günthero faciunt, in hac capitali sententia conspirant: nullam esse intuitionem intellectualem, quae

*) Ita enim malim dicere: Theologia speculativa christiana seu, quod idem significat: Theosophia christiana. Haec pro fundamento habet doctrinam a Christo traditam atque infallibili auctoritate comprobatam; et eatenus ipsa tota positiva est. Accedit autem contemplatio seu speculandi studium, eo pertinens, ut dogmata christiana penitius intelligantur. Per se quidem haec notio Theologiae speculativae christianae non statim talem includit positivum Philosophiae usum, qualis omnino reiiciendus est: nempe si credibilitas dogmatum suspensa fit a rationis perspicientia, non ab auctoritate divina etiam sine illa perspicientia.

vulgo dicitur, et qua praeditum esse hominem bene multi Philosophi et Theologi e disciplina Schellingiana profecti voluerunt aut etiamnum volunt, hoc est, utrique contendunt res divinas omninoque ea, quae a sensuum perceptione remota sunt, non directe sed indirecte, non immediate sed mediate a nobis cognosci, non per mentis seu intellectus facultatem aliquam intuitivam, sed cogitando, id est interpositis et mediantibus ideis, quas ratio informet vel ex suis tantum principiis vel revelatione duce atque magistra. Sic Deum cognoscimus ex hoc mundo visibili per rationem, quandoquidem possibilitas huius mundi, quippe mutabilis neque existentiae causam in se ipso habentis, intelligi non posset, nisi ratio ideam causae invisibilis, eiusdemque supremae et absolutae, hoc est, nisi ideam Dei informaret. Cognoscimus igitur Deum non intuendo et de facie ad faciem, sed per ideam natura sua diversam ab intuitione*).

Alia quaestio haec est: ea ne ipsa, quae mediate cognoscimus atque concipimus per huiusmodi ideas, quas ratio vel sola vel duce ac magistra revelatione informavit, proprie, an improprie seu analogice a nobis cognoscantur atque concipiantur? Distinguit Hermesius, alia proprie concipi dicens, alia analogice et nonnisi analogice. Prioris generis esse et naturae et animi humani vires; nam harum effectus saltem ca-

*) Haec mediata cognitio, (quae tamen fidem, id est firmam persuasionem, adiunctam habet,) sua natura imperfecta est. Idem Apostolus significat I. ad Cor. 13, 12, simul declarans fore aliquando, ut imperfecta cognitio mutetur in perfectiorem intuitivam: „Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et ego cognitus sum.“

cadere sub sensum (externum et internum), licet ipsa earumdem substantia sensu percipi non possit. Posterioris generis esse omnes Dei proprietates et alia multa, de quibus tum ratio tum revelatio divina nos edoceat. Contra quod Güntherus ceterique illi Theologi, quorum cognitionem analogicam et mere analogicam Hermesius statuat, ea ipsa etiam proprie concipi posse affirmant. In hac igitur quaestione, difficillima sane et maxime omnium sublimi, inter utrosque nonnulla differentia intercedit. Placet, ut saltem aliquo modo sententiam nostram aperiamus — nam penitus expedire hunc locum, praesertim latinis verbis, laboriosum est —, rem intricatam illustrare exemplo.

Contendit igitur Hermesius cum alias Dei proprietates tum ipsam cognoscendi facultatem divinam et analogice a nobis concipi et nonnisi analogice concipi posse. Primum enim cognitio divina ita concipienda est, ut sit intuitio, hoc est omnino immediata — non enim Deus mediate aut per conclusionem cognoscit —, et propterea etiam cognoscendi facultas in Deo est facultas intuendi. Atqui si ita Deum concipimus, id analogice fit, nempe ad analogiam humanae intuitionis et humanae intuendi facultatis, neque illa praedicare de Deo possemus sine praevia huius analogi, quod in nobis inest, cognitione. Porro autem haec analogia sive similitudo minime omnium identitas est, sed adiunctam habet maximam diversitatem et gradus et qualitatis sive essentiae. Etenim nos pauca tantum intuemur: Deus omnium rerum universitatem intuendo complectitur. Est igitur intuitio et intuendi facultas divina, si cum humana comparatur, quoad gradum diversa, et quidem infinite superior,

ita ut imperfectio quantitativa nobis adhaerescens non cadat in Deum. Accedit ipsius qualitatis diversitas, atque haec praecipui momenti est ad meram analogiam ab Hermesio affirmatam. Nos sola phaenomena intuemur, ipsas substantias et vires effectrices phaenomenorum intuendo assequi et penetrare non possumus*); quod contra se habet in Deo. Rursus, ut nos intueamur, praecedere debet impulsio a rebus obiectis proficiscens; ex quo apparet nostrarum intuendi actionum causam minime in nobis solis positam esse, nostramque intuendi facultatem minime absolutam esse sed ex alio dependentem: etiam hoc in Deo, rerum ipsarum Creatore, contra se habere necesse est. Ita etiam omnis imperfectio qualitativa nobis adhaerescens non cadit in Deum. Est igitur intuitio et intuendi facultas divina, si cum humana comparatur, etiam quoad qualitatem, naturam et essentiam penitus diversa, et quidem infinite superior, ita ut illud analogon, quod in nobis inest, vix analogon sit et nihil nisi analogon, omnisque notio, per quam propria vis et natura cognoscendi facultatis Deo tribuendae quodammodo concipi possit, intellectum nostrum effugiat. Incomprehensibilis est ista Dei proprietas, idemque de ceteris eiusdem proprietatibus deque aliis rebus, quas sola revelatio per conceptus analogicos nobiscum communicat, dicendum est. Atque haec quidem Hermesius, ex quibus concludit Theologiam speculativam christianam, quae non se contineat intra arctos analo-

*) Ubi etiam has illas substantias et vires efficientes ex phaenomenis ante perceptis cognoscimus, ibi haec cognitio est indirecta et intercedente concludendi actione comparatur.

giae limites, sed altius quid et sublimius assequi conetur, omittendam aut certe non admodum magni ponderis habendam esse.

Stat e contraria parte, quemadmodum iam dixi, Güntherus cum aliis. Non quo omnino reprobet ea, quae Hermesius docet: sed manca esse contendit, sed arctiores ab Hermesio terminos constitui, ultra quos etiam iusta progressio fieri queat. Et ego quidem non possum, quin Günthero assentiar. Sane probandum illud Hermesii: cognitionem divinam esse intuitionem, et facultatem cognoscendi divinam esse facultatem seu vim intuitivam. Item illud: inesse in nobis cognitionis divinae analogon. Quamobrem, si comparatio fiat, etiam id, quod in Deo est, per huius analogi notionem cogitari, hoc est adhibito conceptu empirico, quem intellectus (der Verstand) suppeditat de nostra intuendi actione, quodammodo illustrari magisque ad captum humanum accommodari potest. Potest, inquam, et potest secundum veritatem atque utilissime: at cur debeat omnino, etiam ab iis, quorum ratio magis exculta est, ego non invenio argumentum satis idoneum. Profecto enim, quod ipse Hermesius docet, ratio (die Vernunft) propter aeternitatem, atque immutabilitatem Deo tribuendam in eodem poscit statuitque cognitionem prorsus immediatam, mediatam autem, quae nulla esse potest sine mutatione, a Deo seiungere cogitur. Ita ratio informat ideam cognitionis prorsus immediatae, quae cadat in Deum. Atque haec idea, quam ratio iam ex suis principiis informat, confirmatur revelatione, cum iis locis, qui item aeternum et immutabilem Deum esse declarant, tum aliis innumeris, qui diserte ei tribuunt intuitionem; nam haec est essentialis nota et propria

vis omnis intuitionis, etiam humanae, ut sit cognitio immediata. Iam si per solam hanc rationis ideam cogitamus atque concipimus cognitionem divinam — et potest hoc fieri, ut mihi quidem videtur —, non improprie seu analogice, sed proprie cogitamus atque concipimus; nam reapse haec propria vis et character fundamentalis est cognitionis divinae, ut sit prorsus immediata. Utilis erit, fateor, comparatio cum nostra intuendi actione, efficiet haec ipsa comparatio, adhibito conceptu empirico, quem suppeditat intellectus, ut invisibile illius ideae obiectum, illustretur magisque ad vulgarem hominum captum accedat: dummodo hoc mihi largiaris, posse obiectum huius ideae, nempe cognitionem divinam immediatam, quam ratio poscit, etiam per se et pure, ut ita dicam, cogitari et concipi a ratione ipsa. — Porro magnopere probanda sunt, siquidem rursus comparatio instituatur, quae disputat et exponit Hermesius de duplici diversitate inter divinam et humanam mentem. Praeclare monet ad duplicem istam diversitatem diligentissime semper animadvertendum esse, ne incidamus in pravum anthropomorphismum; quod quidem vitium etiam is committeret, qui solam quantitatis sive gradus, non item qualitatis sive naturae diversitatem statueret inter divinae et humanae mentis actiones atque proprietates. Et in hac quaestione nonnulli Theologi minus, quam par est, accurate distinguunt, ut videantur duo genera diversitatis unum cum altero confundere, quod valde reprehendendum est. Sic non solum quantitativa sed etiam qualitativa imperfectio illa nostrae intuitioni intuendique facultati adhaerescens a Deo omnis removenda est, verissimeque dicitur: intuitio divina non solum quoad gradum et extensionem,

sed etiam natura sua differt ab humana, ita quidem, ut haec, quae illius analogon est, vix tamen analogon sit et nihil praeterquam infirma quaedam analogi species. Atque hoc idem de reliquis dicendum, quae sunt ex eodem genere. Hactenus igitur nihil reperio apud Hermesium, quod non magnopere mihi probetur. Quod autem concludit Hermesius, Theologiam speculativam aut mittendam aut certe non adeo magni ponderis habendam esse, id mihi speciosius quam verius videtur concludere. Recte concluderet sub hac conditione: si de divinis actionibus proprietatibusque id unum nobis indicare liceret, esse etiam qualitate diversas a nostris similiter cognominatis, hoc est, imperfectionem qualitativam nobis adhaerescentem non cadere in Deum. Num igitur subsistendum est in his meris negationibus? Immo ratio nostra, siquid video, et ex suis principiis et revelatione duce ac magistra ideas informat, quibus includuntur etiam notae quaedam positivae ipsam vim et naturam eius, quod in Deo est, quodammodo significantes. Etiam Hermesius, etsi minus fortasse curet, quam oportuit, tamen minime negligit has notas positivas, ex quibus, comparatione instituta, efficitur demum, ut ratio iudicare debeat esse differentiam qualitatis inter divinam et humanam mentem. Sic, ut revertar ad exemplum supra propositum, nostra intuitio ad sola phaenomena pertinet, non ad ipsas substantias et vires effectrices phaenomenorum. Negat ratio hanc imperfectionem qualitativam cadere in Deum; at eadem affirmat necessario talem esse intuitionem divinam, ut ipsas etiam substantias et vires comprehendat, perspiciat, penetret. Haec autem nota, quam et ipse Hermesius commemorat, minime negativa

t, sed tota positiva. Accedit aliud, idque cum eo, od modo dixi, coniunctissimum. Nostrae intuendi ac-nes oriuntur et evanescunt, oriuntur autem nonnisi aecedente impulsione a rebus obiectis facta; non igi-r causam sui habent in nobis solis, non sunt abso-tae sed ex alio dependentes, idemque de nostra in-tendi facultate iudicandum est. Negat ratio etiam anc imperfectionem qualitativam creatarum mentium ropriam cadere in Deum Creatorem: at eadem affir-iat necessario talem esse cognitionem Dei intuitivam, : sit aeterna et ab aeterno praecesserit res omnes eatas, antequam essent, ut in solo Deo fundamentum ; causam habeat, ut sit absoluta, quemadmodum ipsa ibstantia divina. Rursus haec nota, quam ipse Her-esius non praetermittit, minime negativa, sed tota ositiva est. Habemus itaque etiam positivas notas, iae ab idea, qualem ratio informat, separari non pos-int; atque ex his ipsis notis positivis, quae accedunt l fundamentalem illum cognitionis divinae characterem tionisque ideam constituunt ac perficiunt, compara-one instituta etiam illud demum intelligitur, analogon ibis insitum esse infirmam tantum analogi speciem, ı ut maxima simul diversitas non solum gradus sed iam qualitatis inter divinam et humanam intuitionem tuendique facultatem intercedat. Pariter rem sese ibere in reliquis Dei actionibus proprietatibusque mea ntentia omnino concedendum est. Perveniamus eo, 10 volumus. Si igitur cognitionem divinam — nam ıbsistimus in hoc exemplo, quod latius patet facile-ıe ad alia accommodari potest — si cognitionem di-nam per omnes illas notas positivas, quas idea ra-onis includit, cogitamus atque concipimus, nempe hoc

modo: esse intuitivam, id est prorsus immediatam, praeterea esse aeternam, absolutam et in solo Deo fundatam, praecedere ab aeterno rebus in tempore creatis et harum ipsarum intimam substantiam viresque effectrices omnino penetrare: nonne concedendum est hunc totum cogitandi et concipiendi modum esse proprium? Enimvero non iam id unum ratio iudicat, imperfectionem qualitativam nostrae intuitioni adhaerescentem non cadere in Deum, sed affirmat positivas illas notas reapse in Deum cadere seu proprias esse cognitionis divinae, easdemque non cadere in intuitionem humanam, ex quo efficitur demum diversitas qualitatis, quam saepe commemoravi. Etiam Hermesius, ut mihi quidem videtur, hoc minime negaverit, quandoquidem et ipse profitetur rationi nostrae esse ideam, quae ad interiorem, id est autem propriam, cognitionis divinae naturam pertineat*). Quod addit Hermesius intellectum humanum carere conceptu, (nempe en-

*) Vide Introd. Philos. pag. 462 ex edit. 1ma et pag. 455 ex edit. 2da: „Alles, was ich hier darüber weiss, ist: dass Gottes Erkenntniss .... ihrer innern Beschaffenheit nach die absolut höchste sey, wovon es für die menschliche Vernunft eine Idee giebt, wofür aber der menschliche Verstand keinen Begriff mehr hat." Pariter de potentia divina pag. 456 ex ed. 1ma et pag. 450 ex edit. 2da: „Ich bescheide mich hier darüber nichts zu wissen, als: dass Gottes Macht .... ihrer innern Beschaffenheit nach, weil sie nämlich schöpferische Macht ist, die höchste sei, wovon es für die Vernunft des Menschen eine Idee giebt, wofür aber sein Verstand keinen Begriff mehr hat." Eodem modo de bonitate divina pag. 468 ex edit. 1ma et pag. 461 ex edit. 2da: „Gottes Güte kann von unserem Verstande durch keinen Begriff vorgestellt, sondern blos idealisch von der Vernunft als ein unserer Vorstellung Unerreichbares angedeutet werden." — Similia passim leguntur in Theol. Dogm.

:o,) per quem interior cognitionis divinae natura
ıptum traduci queat, id quamvis rectissime se ha-
tamen haudquaquam pugnat cum eo, quod ante
us. Neque requirere aut desiderare oportet talem
ectus conceptum. Tenenda est idea rationis, te-
ıe sunt notae positivae in ea inclusae: per hanc
ı perque has notas positivas si cogitamus et con-
us id, quod in Deo est, omnino proprie cogitamus
concipimus, quandoquidem omnes ideae, quas
vel ex suis principiis vel revelatione duce infor-
per se propriae dicendae sunt. Dixerit quispiam:
ıtra et Güntheri sententia probetur, excidere my-
e, non amplius incomprehensibiles esse acti-
et proprietates divinas aut alia, quae sola revela-
s edoceat. Immo manet incomprehensibilitas —
: enim hoc uti vocabulo —, quanquam non plane
ı sensu atque eo, quem vult Hermesius. Etenim
esius iam ob eam causam statuit incomprehensi-
em, quia intellectus analogico tantum, non proprio
n rerum conceptu praeditus sit: nos proprie qui-
cogitari et concipi dicimus per ideas rationis, ni-
nus tamen ob alias causas, quae in Hermesio ac-
t, incomprehensibilitatem profitemur. Quid? nonne
prehensibile est, quod est gradu suo infinitum,
nte nostra non possit ullo modo concludi? At in-
sunt Dei proprietates et perfectiones. Rursus,
incomprehensibile est, quod est in sese per-
ım et absolutum, ut ex altiori causa non
derivari et explicari, sed ipsum sit ultimum et
num, ad quod quum progressus fueris, subito ter-
ır et cessat omne id, quod dicimus derivare, ex-
, comprehendere? Atqui absolutae sunt proprie-

tates divinae, quemadmodum absoluta est tota Dei stantia. Itaque ratio, postquam suis principiis pen est ad propriam Dei ideam, atque hanc ipsam natu ideam revelatione supernaturali duce amplificavit e fecit, potest quidem velle id agere, ut ex Deo tius comprehendat, quae pendent a Deo tanqua prema causa; ipsum autem Deum compreh velle, hoc idem esset ac tollere vim divinam.

Exposuimus fere, quantum quidem paucis fi tuit, cur Hermesio non omnino assentiamur in s sima quaestione, quae pertinet ad modum, quo a nobis et concipi queant dogmata christiana de nibus et proprietatibus divinis, itemque de aliis quarum ideas revelatio nobiscum communicat, Trinitate, de peccato originali, de redemptione, surrectione mortuorum. Quodsi iure in hac qua dissidemus ab Hermesio, aut si illud saltem trib est, Hermesium, quamvis et ipse proprium illu tandi et concipiendi modum attigerit, tamen no esse prosequutum: sane etiam Praeceptoris cete gii iudicium de Theologia speculativa c ana, vel, si placet, de positivo Philosophi in Theologia christiana emendandum est. quidem arbitratu talis Theologia speculativa ma stimanda est, altissimumque scopum sibi pro habet, ad quem ingeniosi viri fide divina imbu iuvante, magis magisque appropinquare poteru cebit enim, praelucente revelatione ipsa, etiam positivas easque proprias notas unius d argumentum cum alterius componere, licebit interi propriam eorum vim penitius inquirere, nexum p tari, unum ex altero tanquam e causa ducere, ex

nprehendere, licebit occultiorem et supra vulgarem
minum captum positam singulorum continuitatem ad-
rabilemque concentum investigare, licebit hoc posi-
o contemplandi et speculandi negotio ad plenissimam
cem penetrare, quantum quidem per ideas — quae
nen ipsae ab intuitionibus diversae sunt — creatae
enti concessum est, licebit eo usque progredi, donec
fontem omnis lucis, ad ultimam et incomprehensibi-
n causam perveneris *). Ita nascitur **Theologia**
re speculativa seu **Theosophia**, et quidem **chri-**
iana. Propterea autem christiana dicenda est, quia
fundamento habet dogmata christiana, quae ipsa ad
um omnia creduntur, et eo sensu, quo tradita sunt,

) Haec ultima et incomprehensibilis causa in universum Deus est. Sed in ipso Deo, quoad substantiam uno, revelatio docet esse Trinitatem personarum, itemque harum personarum relationes indicat, quippe primam personam dicens Patrem a nullo genitum, alteram Filium ante omnia saecula a Patre genitum, tertiam Spiritum Sanctum ab aeterno ex Patre et Filio procedentem. Haec est **materia** dogmatis. Omnino autem etiam in hac re omnium gravissima atque altissima, dummodo materiam dogmatis sine ulla mutatione teneamus et firmissime credamus propter auctoritatem divinam, ad exemplum probatissimorum quorundam Patrum inquirere licebit, **quo modo** trium in una divinitatis essentia personarum relationes concipiendae sint, item **quo modo** ex his relationibus clarius intellectis etiam diversae actiones, quae personis illis tribuuntur, illustrari queant, et quae sunt alia generis eiusdem. Non dico talem perscrutandi operam esse omnium ingeniorum aut coram omnibus suspiciendam esse — certe enim Parochus, qui istiusmodi quaestiones subtiles coram fidelibus tractaret, in magnam reprehensionem incurreret —: at eruditi homines, fide divina imbuti et diligenter oculos suos intendentes ad materiam dogmatum, si accuratius perquirunt interiorem vim (τὸ διότι), maioremque lucem assequi student, non modo non reprehendendi sed etiam laudandi sunt, magnosque fructus afferre possunt, de quibus infra explanatius dicemus.

creduntur, non sine ratione, non sine ulla intelligentia, non temere, sed propter auctoritatem Christi, qui validissimis argumentis legatum Dei ac nuntium veritatis se comprobavit. Praeclare huius Theologiae speculativae christianae*) et initium et progressionem atque scopum expressisse mihi videtur s. Augustinus his verbis (contra Acad. l. III, c. 20): „Mihi autem certum est, nusquam prorsus a Christi auctoritate discedere: non enim reperio valentiorem. Quod autem subtilissima ratione persequendum est, ita enim iam sum affectus, ut, quid sit verum, non credendo solum, sed etiam intelligendo apprehendere impatienter desiderem.“ Item illis locis, quos affert Muratorius de Ingen. Moder. lib. I. cap. 5 (pag. 42 ex edit. August. Vindel.). Difficillima est, fateor, et maxime subtilis neque omnium ingeniorum haec Theologia speculativa: sed instituta recta methodo, (quam explanatius describere non attinet,) uberrimos fructus feret. Primum id efficiet, ut intelligentia nostra ad altiorem perfectionis gradum etiam in hac terra perducatur; deinde ut ipsa fides, si non certior, tamen vivacior et efficacior fiat. Non certior, inquam; nam omnis certitudo quoad ipsa dogmata in hac regione pendet ab auctoritate Christi, quam qui

*) Nostra aetate nonnulli de Philosophia christiana loquuntur, parum apte scilicet. Nam omnis Philosophia, qua talis, ex sola ratione petenda est; quidquid autem petitur ex fontibus positivis aut eiusmodi fontes pro fundamento habet, hoc ipso, si proprie dicimus, Philosophiae vim et naturam deponit. Sin autem ad doctrinam christianam, quippe positivam, adiungitur philosophandi et contemplandi studium seu rationis usus, non iam Philosophia christiana oritur, sed integra manet Theologia christiana, ita tamen, ut rationis usu ad perfectiorem scientiam evehatur, id est, ut fiat speculativa. Mittamus igitur illam loquutionem, quippe non vacuam confusione.

agnosceret aut superfluam duceret, is firmo fundato destitutus esset labereturque in perversum illum sticismum. Quamvis autem in iis, qui fidem habent, se non augeatur certitudo, neque novum credendi vum accedere proprie dici possit*); tamen, si de quaerimus, qui vel labare in fide coeperunt vel, n creduli non sint, bono animo expetunt fidem, ruraliam et magnam utilitatem afferre poterit Theologia ulativa christiana. Pellet enim multas obscuritates, et scrupulos, ipsi Philosophiae novam lucem aclet, multarum veritatum naturalium vim interiorem is aperiet: quibus omnibus illud effici necesse est, altem tollatur fidei divinae impedimentum faciliusque oritas Jesu Christi agnoscatur. Quid ergo mirum quod multi Patres, quibus ageretur cum paganis onem aliosve Philosophos sequentibus, etiam hunc tum spectabant? Nostra quoque aetate, praesertim Germania philosophandi studiosissima, non modo utised, prope dixerim, necessaria est Theologia spetiva christiana, eo sensu, quo supra expositum est. m Hermesius ab hac non omnino se abstinuit, ut re licet ex ipsius Theologia Dogmatica, nec vero facile potuit omnino se abstinere tantum ingenium: itherus autem, item maximi ingenii homo, in ea proia, quam Hermesius raro tantum atttingit, quasi se-

*) Fortasse igitur minus probabilia sunt, quae Clementi Alexandr. exciderunt Strom. lib. VII. pag. 720 (ex edit. Sylburg. Colon.) ἡ μὲν οὖν πίστις σύντομός ἐστιν, ὡς εἰπεῖν, τῶν κατεπειγόντων γνῶσις. ἡ γνῶσις δε (nempe altior et sublimior scientia) ἀπόδειξις τῶν διὰ πίστεως παρειλημμένων ἰσχυρὰ καὶ βέβαιος, διὰ τῆς κυριακῆς διδασκαλίας ἐποικοδομουμένη τῇ πίστει, εἰς τὸ ἀμετάπτωτον καὶ μετ᾽ ἐπιστήμης.

dem suam ac domicilium collocavit. Hermesius pro suae aetatis necessitatibus id maxime egit incredibili virium contentione, ut Philosophiam Cantianam et Fichtianam longe lateque in Germania propagatam atque omni religioni positivae infestissimam funditus everteret, ut invictis argumentis demonstraret Rationalismum rectae rationi vehementissime repugnare, credendam esse revelationem supernaturalem, agnoscendam altiorem et divinam Christi auctoritatem; constitutum esse a Christo fallere nescio in ecclesia catholica infallibile Magisterium, eosque, qui sanctissimum fidei christianae et catholicae depositum reiiciant, tam parum rationi convenienter agere, ut etiam deficere ab ea censendi sint; uno verbo: Hermesius ad hoc potissimum labores suos atque omnem ingenii vim impendit, ut fundamenta doctrinae christianae et catholicae per illius Philosophiae impetus labefactata denuo confirmaret ac veritatem huius doctrinae solide evinceret: Güntherus id ipsum, quod ab Hermesio peractum est, lubentissime agnoscens et quodammodo sumens in sua provincia, id est in Theologia speculativa christiana excellit, fideque divina imbutus ad altiorem scopum enititur, simul id strenue efficiens, ut recentissimam Philosophiam Pantheisticam radicitus tollat. Hermesius, Rationalismum impugnans, de conservanda et sustentanda religione supernaturali positiva maxime meruit: Güntherus ad subtiliorem scientiam aequales suos adducens et Pantheismum refellens non minori laude dignus est. Utrique viri id habent commune, ut hostes ecclesiae rectis oculis intueantur, invadant, e castris expellant, minime autem adinstar aliorum multorum vanis clamoribus, quos irrident hostes, utantur, aut eo loco, ubi id fieri sine

aperta principii petitione non potest, ad auctoritatem ecclesiae provocent, quasi haec ipsa auctoritas non confirmanda ac defendenda sit. Utrisque Viris praeterea illud commune est, quod omnino aliter evenire non potuit, ut eosdem fere in Germania adversarios habeant, ut in suspicionem vocentur ab iis, qui Bautaenianismo infecti sunt, qui rationem, pretiosissimum Dei munus, conviciis onerare solent, omnemque Philosophiam, si possent, e terrae regionibus exterminarent. Hermesii infelicem sortem vehementissime deplorant omnes egregii Praeceptoris discipuli, nec tamen propterea cessant Sanctissimum Patrem cum maxima devotione ac pietate prosequi. Nam profitentur omnes uno ore, quae damnata sit a Sanctissimo Patre doctrina, eam reapse eiusmodi esse, ut ima religionis fundamenta evertat: at iidem et Hermesium ab ista doctrina alienissimum fuisse contendunt, et se ipsos ab eadem toto animo abhorrere sciunt. Faxit Deus, ut ne Güntheri deformata imago Sanctissimo Patri offeratur! faxit Deus, ut Güntherum, fidei catholicae addictissimum, talem, qualis revera est, Supremus ecclesiae catholicae Praesul cognoscat!

CAPUT XII.

Hermesius Hermesianique iniuste Socinianismi accusati a Perronio, Theologo Romano e Soc. Jesu.

> Nisi prius liquido constet opiniones quasdam a catholicae fidei veritatisque norma revera discedere, hasque easdem opiniones in libris dubio procul contineri, non est praecipitanda sententia atrox in eosdem libros atque scriptores.
>
> *Murator. de Ingen. Moder. lib. II. cap. 5.*

Nuper amicus ad me litteras misit, quibus nuntiavit Romae librum prodiisse, in quo Hermesius Hermesianique accusarentur Socinianismi. Ea res me movit, fateor, et eram cupidus videndi, si nova accusatio novis argumentis comprobaretur. Est autem liber ille inscriptus hoc modo: „Praelectiones theologicae, quas in Collegio Romano S. J. habebat Joann. Perrone e Soc. Jesu, in eodem Collegio Theologiae Professor. Vol. I. Romae 1835, in Collegio urbano de propaganda fide.“ Locus, qui continet accusationem, quem quidem locum idem ille amicus mecum communicavit — nam Perronii librum hucusque non in manibus habeo — his verbis expressus est (pag. 239—40 not.): „Praeterea hic obiter monebo, nullum maius inesse pondus alii rationi, quam ad hanc impossibilitatem saltem indirecte ostendendam adducit auctor neotericus, Georg. Hermes, nuper Theologiae Professor in Universitate Bonnae in sua Introductione ad christiano-catholicam Theologiam, germanice exarata, Part. I. Introd. Philos. ed. Monasterii 1831. Ubi, postquam in Quaest. III. p. 56

[q. multa obscure atque implexe disseruit de possi-
tate revelationis supernaturalis, tandem accedens ad
generales conditiones, a quibus revelatio tanquam
lis habenda, pag. 525 hoc generale statuit crite-
m*): „„„Ibi nec alibi realitas supernaturalis divinae
elationis vel cuiusque miraculi admitti debet, ubi per
us negationem ratio theoretica necessarium princi-
m reiicere, vel practica indubium officium omittere
;eretur, quia in utroque casu ratio vadem se prae-
t pro ipsius realitate et veritate.““ Quod principium
e criterium a nullo vere catholico admitti potest:
e enim sequeretur humanam rationem sive theoreti-
a sive practicam esse iudicem eorum, quae Deus re-
are ac moliri potest. Quid, si agatur de iis, quae
ntis nostrae captum excedunt, cuiusmodi plura sunt,
e in revelatione supernaturali continentur? Motiva,
vocant, extrinseca credibilitatis ad haec sufficere
ent, alioquin non rationem revelationi ac mysteriis,
revelationem ac mysteria rationi subiiceremus, quod
principium Socinianorum et incredulorum. Sed de

---

*) Hoc criterium non pag. 525 sed pag. 523 legitur in edit. 2da Introductionis Philos.; in 1ma autem edit. idem criterium extat pag. 530. — Ceterum iniusta mihi videtur Perronii querela, quod Hermesius, postquam inde a pag. 504 de possibilitate revelationis supernaturalis multa disseruerit, tandem aliquando pag. 523 accedat ad illud criterium. Nescit fortasse Perronius extitisse in Germania Philosophos acutissimos, qui possibilitatem revelationis supernaturalis divinae negarent atque hanc sententiam suam, qua tollitur ipsum religionis christianae fundamentum, novis et speciosissimis argumentis tueri conarentur. Hos Philosophos impugnat et refellit Hermesius, ut debuit. Quodsi undeviginti paginis rem satis difficilem atque subtilem conficit, haeccine est nimia verbositas? Perronius si opinatur paucissimis verbis refutari potuisse illos Philosophos, vehementer errat.

hoc auctore eiusque systemate, cui allaborando viginti tres annos ipse insudavit, suo loco dicemus. Interea id graviter dolemus, quod Hermesiana doctrina eiusque systema eversivum in Westphalia passim atque in Borussia in ipsis scholis catholicis et recipitur et propugnatur." Atque haec quidem Perronius.

Est igitur tota Guestphalia Socinianis atque incredulis referta! Personant in Borussia scholae catholicae perniciosissimis et maxime acatholicis Socinianorum atque incredulorum commentis! — — Sed, quaeso Te, Perroni! undenam accepisti hos nuntios tristissimos, qui si veri essent, iure gravissimum Tibi omnibusque Catholicis dolorem infligerent? Vereor, ne ab illis acceperis in Germania hominibus, qui Bautaenianismum largis haustibus imbiberunt, quin etiam Bautaenium eiusque sectatores mea sententia mirifice superant, qui Rationalismum vident, ubi nullus est, qui Pelagianismum vident, ubi nullus est, qui Hermesianam doctrinam incredibili modo lacerarunt atque deformarunt. Potuisti tamen multo meliores certioresque fontes adire, atque hoc idem facere etiam nunc est penes Te. Consulas igitur, id Te rogo etiam atque etiam, Episcopum Monasteriensem, Virum summe Venerabilem, integerrima fide catholica et maxima morum probitate ornatum, atque ab eo discas, quales in dioecesi sua animarum Pastores habeat. Consulas Reverendissimos Episcopos in ceteris Borussiae partibus constitutos summisque laudibus dignos, atque ex his discas, quid rerum agant in scholis catholicis Hermesiani. Id ubi feceris, non dubito, quin statim a sententia Tua discessurus sis. Nam venerunt ad me hesterno die Ephemerides Bonnenses, in quibus liber ille Tuus in-

dicatur et examini subiicitur. Lectis atque perpensis iis, quae erant ex libro Tuo excerpta, libenter mutavi opinionem, quam antea de Te concipere vix non potueram; intellexi enim Te sanam docere Theologiam christianam catholicam, a Bautaenianismo autem et Fanatismo Te esse alienissimum. Quae res ut magnae mihi laetitiae fuit — ex animo hoc dico —, ita spem excitat fore, ut, quum primum noveris Hermesianos, de iisdem bene sentire incipias. Poterunt ea ipsa, quae supra a me exposita sunt, nonnihil ad hoc adiumenti afferre, ut doctrina Hermesiana rectius a Te percipiatur. Fortasse non in omnibus assentieris, (neque enim id ego a Te postulo); sed tamen hoc, opinor, facillime concedes nihil omnino inesse, quod possit ullo modo doctrinae catholicae periculosum videri. Quam parum Rationalismo, Pelagianismo aut Semipelagianismo addicti sunt Hermesiani, (id quod ad oculos demonstrasse mihi videor,) tam parum in eorum doctrina vel tenuissimum Socinianismi vestigium deprehendes.

Dicis tute ipse l. c.: „Motiva, ut vocant, extrinseca credibilitatis ad haec sufficere debent, (nempe ut omnia dogmata divinitus tradita, quamvis incomprehensibilia sint, sine ulla haesitatione credamus,) alioquin non rationem revelationi ac mysteriis, sed revelationem ac mysteria rationi subiiceremus." Rectissime hoc dicis. At idem plane Hermesius docet et iis locis, quos supra (pag. 132 ss.) attulimus, et aliis innumeris; idem tradunt atque inculcant omnes Hermesiani, qui Monasterii, qui Bonnae, qui Treviris, qui Vratislaviae, qui Posnoniae, qui Brunsbergae constituti sunt publici Theologiae Professores. Ecquid igitur fuit, cur hos omnes Viros in libro Tuo tam male notares? Minime

omnium evertunt religionem christianam et catholicam; sed strenue tuentur, neque Hermesii systema dicendum fuit eversivum. Quodsi mihi haec affirmanti credere dubites — quanquam et satis ego intellexisse Hermesium mihi videor, et optime, quid doceant Hermesiani, cognitum habeo, et nulla causa est, cur simulatione utar maxime detestabili — sed si parvi apud Te momenti sit mea testificatio, rursus rogo atque obsecro, ut omnem Tibi dubitationem eximendam cures ab Episcopis Reverendissimis, quorum auctoritas omnino valere debet, nec temere spernenda est eo modo, quo et hactenus fecerunt et, proh dolor! facere non cessant anonymi Ephemeridum Schafnab. editores.

Non videris mihi germanice scire, Perroni, Vir plurimum Reverende! Nam si scires, certe etiam Hermesii libros perlegisses. Id ipsum autem si fecisses, certe etiam in oculos Tuos incurrissent luculentissimi loci maximo numero, ex quibus intellexisses non posse quemquam a Rationalismo et Socinianismo magis alienum esse quam Hermesium. Quidquid cognitum habes de doctrina Hermesiana, id omne, nisi vehementissime fallor, habes a testibus valde incertis. Ita factum est, ut confusio, in quam inciderunt hi testes Tui, eadem traduceretur in Te ac pessimam de Hermesio Hermesianisque opinionem Tibi infunderet. Cuius rei documento est vel ipsum illud criterium, quod commemoras ex Introductione Philosophica. Nam quale sit hoc criterium, et quorsum pertineat, non vides. Vidisses, puto, si contextum novisses orationis, et si ipsum criterium aliquanto accuratius minusque ambigue a Tuis testibus latine enuntiatum esset. Hermesius enim postquam adversus recentioris aetatis Philosophos evicit

scendam omnino esse a ratione nostra et physicam noralem possibilitatem revelationis supernaturalis ıae omninoque miraculorum divinorum; eo aggredi- ut criterium subiungat, ex quo diiudicandum sit ›sum, quod posse fieri constet, reapse factum . Pertinet igitur criterium ad solum factum re- ;ionis, et ad miracula quibus hoc factum compro- r, non ad ipsa dogmata divinitus revelata. Probe m haec duo, ne magna oriatur confusio, inter se ernenda sunt, ut expositum est initio capitis supe- s. Tu quidem illico refers criterium ad ipsa do- ta; nam si aliter se haberet, non posses haec verba ungere: „Quid, si agatur de iis, quae mentis ›trae captum excedunt, cuiusmodi plura sunt, e in revelatione supernaturali continentur?" Quasi › Hermesius infitietur mysteria christiana! quasi non rime reprehendat Gnosticos, qui omnia dogmata ra- s vi perspicere vellent atque hanc rationis perspi- tiam pro unico credibilitatis motivo haberent! quasi saepissime numero et disertissimis verbis contendat ia dogmata a Jesu Christo tradita, quorum bene a superent rationem, etiam sine nostra perspicien- irmissime credenda esse propter auctoritatem divi- ! Tu ipse, puto, Hermesium non accusasses Soci- ismi, si scivisses criterium illud pertinere ad solum ım revelationis et ad miracula comprobantia, ideo- ad veritatem, quae ipsa non est obiectum fidei ıae, sed praecedit hanc fidem ad eamque ducit, ›ptime ait Episcopus Argentoratensis. Nec vero facile in errorem inductus fuisses, si testes Tui ıratius minusque ambigue expressissent criterium, l germanice ita sonat: „Da, aber nirgend anders,

muss das wirkliche Daseyn einer übernatürlichen göttlichen Offenbarung, oder welches andern göttlichen Wunders auch immer, angenommen werden, wo durch die Nichtannahme entweder die theoretische Vernunft einen ihr sonst nothwendigen Grund aufzugeben oder die practische auf die Erfüllung irgend einer ungezweifelten Pflicht zu verzichten genöthigt würde — weil in diesen beiden Fällen, aber in keinem andern, die Wirklichkeit oder Wahrheit von der Vernunft verbürgt wird"; latine autem, si de verbo ad verbum redditur, hoc modo exprimendum est: „Ibi, nuspiam vero alibi, realis existentia*) revelationis supernaturalis divinae, aut cuiuscunque demum miraculi divini, credenda est, ubi non credendo vel theoretica ratio causam aliquam ipsi necessariam**) missam facere, vel practica exequutionem officii alicuius non dubii remittere***) cogeretur — quia

---

*) „das wirkliche Daseyn," id est ipsum factum; nam alio modo haec verba: das wirkliche Daseyn — realis existentia — intelligi non possunt. Quod Tui testes dederunt: realitas, ambiguum est et videtur Te in errorem induxisse; nam potest ita accipi, ut intelligatur de realitate seu veritate ipsorum dogmatum, quae revelata sunt.

**) „einen ihr sonst nothwendigen Grund, id est causam sufficientem a theoretica ratione necessario statuendam. Nam haec est vis et natura theoreticae rationis, ut secundum legem ipsi ingeneratam a Deo — quae lex etiam appellari solet principium causale — necessario iudicet et statuat uniuscuiusque eventus esse causam sufficientem, quandoquidem sine causa sufficiente ne possibilitas quidem alicuius eventus intelligi posset. Vide rursus, qua fide digni sint Tui testes, qui verba: einen ihr sonst nothwendigen Grund, latine reddiderunt per voces: principium necessarium!

***) „auf die Erfüllung irgend einer ungezweifelten Pflicht zu verzichten." Hoc Tui testes ita latine interpretati sunt: indubium officium omittere!

a utroque hoc casu, in nullo autem alio, pro realitate seu veritate*) ratio vadem se praestat." Quid tandem Sociniani spiritus hocce criterium exhalat, si refertur eo, quo debet, et si sententia auctoris, non ex hoc uno loco sed ex comparatione aliorum locorum percipienda, consideratur? Profecto enim, ubi quaerimus de facto revelationis supernaturalis divinae, non provocare licet ad revelationem ipsam vel ad auctoritatem ecclesiae, quandoquidem id fieri non posset sine petitione principii, sed diligenter et sincero animo circumspiciendum est, an doctrina, quae se divinitus supernaturali modo traditam profitetur, eiusmodi characteres obiectivos sive externos habeat, ut propter hos ipsos characteres factum illud necessario credendum sit, nisi a ratione nostra deficere velimus. Itaque duo momenta sunt, quae in illa quaestione diiudicanda concurrunt et concurrere debent: unum externum sive obiectivum, consistens in characteribus cum doctrina proposita coniunctis; alterum internum sive subiectivum, positum in ratione, id est in legibus rationi nostrae a Deo ingeneratis. Neutrum ex his duobus negligi potest sine maximo detrimento. Sic illi in Germania viri, qui Hermesium accusarunt, quia alterum illud momentum plane non curant et cum Bautenio facientes rationi nihil tribuunt, immo etiam huic

*) Id est: pro reali seu vera existentia revelationis supernaturalis divinae aut cuiuscunque demum miraculi divini. Hunc sensum, qui item pertinet ad solum factum revelationis, non ad ipsa dogmata, omnino habere debet brevior Hermesii loquutio; nam ita postulat contextus orationis post verba illa, quae ab initio leguntur et a Tuis testibus mutilata sunt: das wirkliche Daseyn — realis existentia.

pretiosissimo muneri divino maledicere audent, necessario incidunt in Caecutianismum, quo nihil potest doctrinae catholicae magis esse contrarium. Hermesius, ut par est, neutrum negligit, tametsi hoc proprium habet in disquisitionibus suis, ut ab eo momento, quod est internum, exordiens ad alterum, quod est externum, progrediatur. Vellem, id non fecisset; nam ista inquirendi via, etsi per se non illegitima est, tamen fortasse minus ad rei ipsius naturam, certe minus ad vulgarem captum accommodata est, facileque ansam dare potuit, ut multi Hermesianam doctrinam male intelligerent. Ipsum illud criterium, non diffiteor, potuit perfectius exprimi, ita quidem, ut simul diserta mentio fieret motivorum externorum, quibus homines ratione praediti et recte utentes ratione sua ad factum revelationis credendum adducerentur. Quam parum autem neglexerit Hermesius haec motiva externa, satis apparet ex §§. 78—84, praesertim vero ex §. 84. Est igitur, si adiungimus id, quod ex subsequentibus subaudiendum est et ab ipso Hermesio copiose pertractatur, criterii illius non alia significatio nisi haec: „Peculiaris revelatio nobis oblata, quae supernaturalem et divinitus traditam se profitetur, (id quod de christiana constat,) talis, qualem se profitetur, reapse agnoscenda et credenda est sub hac conditione: si eiusmodi characteres habet, sive in ipsa doctrina, sive in aliis rebus adiunctis positos, ut propter hos characteres, externos scilicet et obiectivos, causam illius revelationis in ente quodam supernaturali et quidem in Deo sitam esse necessario credamus, nisi deficere a ratione sive theoretica sive practica velimus, id est, nisi vel missa fiat omnis causa sufficiens, ex qua revelatio-

nis oblatae et characterum, qui cum ea coniuncti sunt, possibilitas intelligi queat, vel certissima officiorum praecepta violentur." Melius etiam hoc criterium distribueretur in duo, ita ut unum pertineret ad supernaturalem causam, alterum ad divinam; nam reapse necessum est etiam ex Hermesii sententia, ut prius constet de supernaturali origine, quam divina demonstrari queat. Ceterum quomodo haec omnia intelligenda sint, et qua via Hermesius primum supernaturalem, deinde etiam divinam doctrinae christianae originem comprobare ingrediatur, satis luculentum est ex iis, quae explanavi cap. V—VIII. Igiturne hac via Hermesius, quia non spernit rationis usum, dicendus est incidere in Rationalismum aut Socinianismum? Id si ita se habeat, plane idem iudicandum est de Liebermanno, cuius hanc fundamentalem sententiam laudavimus pag. 68: „Fides non irrationabile obsequium postulat. Non potest intellectus assentiri illis, quae proponuntur sibi ad credendum, nisi ipsi videantur esse credibilia; haec autem diiudicatio r a t i o n i s o p u s est, quae et leges tradit recti ratiocinii et f i r m i t a t e m o s t e n d i t c r i t e r i o r u m, q u i b u s v e r b u m D e i a d n o s f a c t u m f u i s s e i n t e l l i g i m u s;" idem iudicandum est de Episcopo Argentoratensi, cuius haec verba commemoravimus pag. 69: „Si l a b e f a c t a v e r i s p r i n c i p i a r a t i o n i s, religio nostra erit absurda et ridicula.... Haec sunt d u o e x t r e m a iustum modum excedentia et aeque periculosa, e x c l u d e r e r a t i o n e m e t u n a m a d m i t t e r e r a t i o n e m; item haec pag. 70: „Non postulat Deus, ut f i d e m i p s i a d h i b e a m u s s i n e r a t i o n e; et p. 73: „R e c t a r a t i o d u c i t a d r e v e l a t i o n e m, c u i u s e t n e c e s s i t a t e m a p e r i t e t c e r t i t u d i n e m;" pariter pag. 74:

„Nonne rationi.... satis claritatis atque roboris ad hoc residuum est, ut nos certo ducat ad revelationem factam Judaeis per Moysen, Christianis per Deum hominem adoratione dignum?" et alia multa generis eiusdem. Dicis Tu quidem, Perroni! ex criterio Hermesiano illud sequi, „„humanam rationem esse iudicem eorum, quae Deus revelare ac moliri possit." Id minime sequitur, dummodo criterium recte intelligatur et referatur eo, quo debet. Hermesius Hermesianique contendunt potius atque evincunt hominem, qui recte utatur ratione, necessario ad hoc adduci, ut totum et sine ulla restrictione se tradat auctoritati divinae, quae tanto superet rationem humanam, quanto Creator creaturam infirmam et fragilem, quanto infinitum Lumen exiguam luminis particulam nobis ingeneratam.

His expositis, licebit ex Te quaerere, Perroni, Vir plurimum Reverende! an persistendum esse arbitreris in suscepta opinione illa, Hermesium esse „auctorem neotericum" et systema Hermesii Hermesianorumque esse „fidei catholicae eversivum?" Non exspecto id fore, immo etiam vix dubito, quin re diligentius considerata abiecturus sis opinionem falsissimam. Quod ubi evenerit; obsecro Te — nam Tibi aditus patet ad Sanctissimum Patrem —, ut pro totis viribus Tuis conferas ad minuendam et, si potest, penitus tollendam sollicitudinem, in qua versari Supremum ecclesiae catholicae Antistitem omnes Hermesii discipuli vehementissime dolent. Possumus inscii et inviti errare in singulis — quis enim ab omni errore se liberum praedicare audeat? — at hoc certissimum est nos esse alienissimos a Rationalismo, Pelagianismo et Socinianismo, omninoque ab iis doctrinis, quibus ipsa religionis chri-

tianae fundamenta evertuntur; hoc certissimum est, ex ostra persuasione ea omnia, quae Jesus Christus, leatus et filius Dei, humano generi patefecit, etiamsi entis nostrae perspicientiam excedant, firmissima fidei ssensione credenda esse propter auctoritatem divinam, eque licere ullo pacto ingeniis humanis vel adiungere ova dogmata et augere velle doctrinam christianam, el ab iis, quae tradita sunt divinitus, quidquam detraere. Sed ea res nos ducit ad aliud argumentum, quod reviter pertractabimus.

CAPUT XIII.

Quomodo accusatores adduci potuerint in falsam opinionem, errasse Hermesium circa s. scripturam, traditionem, ecclesiae Magisterium et alia huiusmodi. Ostenditur, qua via Hermesius demonstret catholicam ecclesiam esse vere christianam et apostolicam, infallibili auctoritate divinitus praeditam, ideoque ipsius vocem sine ulla haesitatione audiendam esse. Regula credendorum inter Catholicos vigens minime iniuriam infert rationi.

> Eadem ratio, eadem potentissima causa, quae scripturis divinis habendam fidem persuadet, eadem ecclesiae credendum monet. Deo credimus, quia ipse ex natura sua falli ac fallere non potest: ecclesiae, quia illam Deus non errandi praerogativa donavit.
>
> *Murat. de Ing. Moder. I. 14.*

Errasse Hermesius dicitur circa „regulam credendorum," id est circa regulam fidei; errasse circa „sacram scripturam, traditionem, revelationem et ecclesiae Magisterium;" idem dicitur „audacter a regio, quem universa traditio et ss. Patres in exponendis ac vindicandis fidei veritatibus straverint, tramite deflectere, quin e superbe hunc tramitem contemnere et damnare." Facile intelligitur haec omnia eiusmodi esse ut maximam partem ad intimum doctrinae catholica

genium pertineant. Et nimirum si vera essent, non ıbitarem Hermesium infestissimum ecclesiae catholie hostem existimare. Dico: si vera essent; nam mihi idem persuasum est etiam in his omnibus veram Hersii doctrinam toto coelo differre ab ea, quam accutores Hermesianam esse contendunt.

Hermesius si Rationalismum sequeretur, facilis conusio esset. Et fortasse accusatores argumentati sunt c modo:

Ex Hermesii sententia ratio princeps norma ac unicum medium est, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem.

Atqui hoc principium omnino pugnat cum regula fidei catholicae, pugnat cum iis, quae Catholici credunt de s. scriptura, de traditione, de revelatione, de ecclesiae Magisterio.

Ergo Hermesius plane evertit doctrinam catholicam.

ectissime sane ita concluderent, si illud, a quo tota gumentatio orditur, tribuendum esset. At caput syllosmi nullum est; nam vidimus neminem a Rationalismi incipio magis abhorrere posse quam Hermesium et ermesianos. Ex quo fit, ut etiam nulla conclusio sit.

Circumspiciens, numquae alia accusatoribus argunta in promtu esse queant, nulla reperio. An Hersius alicubi negavit aut saltem incertum fecit vel saım scripturam vel traditionem esse fontes, ex quibus ırire nos oporteat dogmata fidei ac morum divinitus velata et firmissime credenda propter auctoritatem diıam? Immo hoc ipsum perspicue et validissimis ar-

gumentis demonstravit in Introductionis Positivae P. I, quae nondum typis excusa est. In Theologia autem Dogmatica, quam edidit Achterfeldtius, ubique Hermesius sumit internam illorum fontium veritatem et certitudinem, ubique ex his fontibus, non ex rationis principiis, argumentatur, saepissime numero declarat diligenter cavendum esse, ne rationem cum iisdem [illegible] fontibus externis atque divinis confundamus, [illegible] esse Philosophiae usum positivum, ubi quaeratur dogmatis divinitus revelatis, sed mere negativum, in eo positum, ut demonstretur dogmata revelata nihil habere, quod rationi repugnet. Ostendant igitur accusatores, quid sit, in quo Hermesius circa s. scripturam, traditionem et revelationem erraverit aut a communi omnium Catholicorum persuasione vel latum unguem discesserit.

His diebus venerunt ad me Ephemerides Salisburgenses, in quibus nonnulli homines, anonymi scilicet, denuo magnos clamores tollunt: Hermesianos incusant in pertinaciae crimen, eos ne nunc quidem discedere a falsissimis Magistri opinionibus, sed pergere eadem via, quam antehac ingressi sint. Equidem Hermesiani omnes cum Magistro morte defuncto etiam nunc sibi persuasum habent duplicem esse revelationem supernaturalem divinam, alteram Judaeis factam per Moysen et Prophetas, alteram Christianis per Deum Hominem adoratione dignum. Iidem Hermesiani cum Magistro mort defuncto etiam nunc sibi persuasum habent revelati nem illam et ore et scriptis certo propagatam ad n venisse et propterea cognitionem eius ex fontibus e ternis, id est tum ex sacra scriptura utriusque foede tum ex traditionis monumentis hauriendam esse. Ost dant igitur declamatores illi intolerabiles et iniuri

cur Hermesianis mittenda sit ista persuasio, quam cum Magistro morte defuncto communem habent et ad hunc usque diem profitentur. „Nolumus, inquiunt, ut hanc ipsam persuasionem mittatis: id unum volumus, ut ne **demonstretis** esse necessariam, esse rationi convenientem, non posse recusari ab eo, qui recte utatur ratione; nam talis demonstratio rationis usu suscepta inducit in Rationalismum." Nimirum ita Vobis videtur intimo Bautaenianismi spiritu infectis: at, per Deum! non ita videtur Episcopo Argentoratensi, ut satis superque intelligi licet ex huius Doctissimi Viri Epistola a Sanctissimo Patre approbata. Vos igitur postulatis atque urgetis, ut Hermesiani Bautaenianismo se tradant: quod si facerent, iure optimo damnarentur.

Quid de **regula credendorum** et de **ecclesiae Magisterio** Hermesius docuit? Etiam hunc locum pertractavit in Introductionis Positivae Parte II., quae nondum typis expressa est. In Theologia autem Dogmatica Hermesius plane eodem modo, quo omnes faciunt Theologi catholici, non solum ex sacra scriptura et traditione, sed etiam ex conciliis et ecclesiae declarationibus demonstrat.

Regula credendorum inter Catholicos haec est: **Firmissime ea omnia credenda sunt, quae ut salutarem fidei ac morum doctrinam divinitus traditam per Jesum Christum ecclesia catholica ad credendum nobis proponit.** Accusatores Hermesii, si non omnes, certe magna ex parte, hanc regulam pro **axiomate** habent, quod argumentis confirmari nec possit nec debeat; nam **ordiuntur** illi quidem cum Bautaenio ab infallibili ecclesiae catholicae auctoritate: ex hac probant miracula, probant su-

pernaturalem, et divinam doctrinae christianae originem, eos vero, qui de infallibili ecclesiae catholicae auctoritate inquirunt et huius ipsius existentiam, si recte utamur ratione, necessario credendam esse argumentis demonstrare volunt, temerarios appellant homines, qui Rationalismi vexilla sequantur et rationi principatum tribuant prae ecclesia fallere nescia. Omnino Hermesius Hermesianique in eos, qui talia declamitant, idem cadere arbitrantur, quod simili ratione de quibusdam hominibus ait Muratorius de Ingen. Moder. I, 13: „Pietatem sapit horum facinus, sed perniciosam pietatem; etenim ii nullo negotio vincendam adversariis exhibent aliqua ex parte Catholicorum causam.“ Omnino Hermesius Hermesianique longe aliter atque illi declamatores sentiunt, cum Episcopo Argentoratensi, cuius haec verba adversus Bautaenium (p. 142 not.) attulimus: „Provocare ad ecclesiae auctoritatem, ut probetur id, quo ipsamet probatur, hoc est apertissimum describere circulum vitiosum, offendere recti sensum et defectum prodere iustarum cognitionum circa fundamenta doctrinae christianae.“ Hermesius igitur Hermesianique cum Theologis praestantissimis id agunt, ut revera agnoscendam esse in ecclesia catholica infallibilem auctoritatem iusta argumentatione evincant. Placet huius argumentationis saltem capita quaedam attingere.

Ut primum illud argumentis externis iisque validissimis demonstratum est — potest autem et debet haec demonstratio ita perfici, ut non statim ad ecclesiae auctoritatem provocetur — ut primum igitur in universum de eo constat, revelationem per Jesum Christum generi humano factam non humanam esse sed supernaturalem divinam; certe haec prima regula valere debet: Fir-

issime propter auctoritatem divinam cre-
nda sunt ea omnia, quae Jesus Christus re-
lavit vel ut divinitus revelata in V. T. con-
rmavit, sive haec scriptis sive ore ad nos
ervenerunt.

Iam vero omnes, qui christianum nomen profitentur,
ltem sacram scripturam utriusque foederis agnoscunt
se veritatis divinae canonem. Et Catholici quidem in
c cum ceteris consentiunt; nam et ipsi, quamquam
aeterea traditioni ab aliis reiectae ius suum vindicant
que rectissime faciunt, non minus tamen illum verita-
canonem sanctissimum habent. Possumus igitur hanc
eram regulam specialem communi omnium consensu
obatam subiungere: Firmissime credenda sunt,
ae ut divinitus revelata vere et evidenter
sacris litteris contineri secundum sanas in-
rpretandi leges confitendum est, reiicienda
tem omnia, quae iisdem litteris vere et evi-
nter repugnant. Quae regula omnino etiam inter
tholicos viget — non enim tam bardo isti ingenio
nt, ut negent in sacris codicibus plura aut satis multa
periri, quorum significatio aperta sit —; at Catholici
illa regula non subsistunt, immo hac ipsa duce ad
am recta via progrediuntur.

Nam si sacras litteras inspicimus, ac totum ingenium
ligionis christianae itemque huius cum lege Mosaica
niunctionem paulo diligentius consideramus; primum
onte efficitur haec propositio, quae a nemine Christiano
dubitationem vocari potest: Instituit Jesus Chri-
us oeconomiam divinam salutarem, voluit-
ue ut haec in ecclesia sua non ad tempus,
d perpetuo persisteret, ita quidem, ut omnes

eius fructus pari modo ad totum genus humanum redundare possent. Intelligitur hoc ex iis locis, qui Christi adventu omnes V. T. promissiones impletas esse affirmant (Gal. 4, 14; Ephes. cap. 1—2; Coloss. 1, 19—20, Hebr. 3—10 et passim), quum tamen oeconomiam salutarem a Christo institutam rursus ab alia exceptum iri non modo nullum, ne levissimum quidem, indicium reperiatur, sed etiam alia perfectior mente concipi non possit. Intelligitur porro ex iis locis, qui Jesum Christum esse totius generis humani Redemptorem et unicum Salvatorem a Deo missum testantur, quique hoc ipso caritatis ac misericordiae divinae, ad omnes homines certe eodem modo pertinentis, plenitudinem declarari praedicant. Sic I. ad Timoth. 2, 5 haec leguntur: „Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus." Et Act. 4, 12: „Non est in alio aliquo salus. Nec aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri." Item Rom. 5, 12—20, ubi docet Apostolus, quemadmodum unius hominis (Adami) peccato omnes peccatum contraxerint et iustitiam amiserint, ita unius Jesu Christi iustitia secundum gratiae divinae abundantiam omnes homines iustificatos esse, ut ad vitam aeternam pervenire queant. Quodsi Jesus Christus est unicus totius generis humani Redemptor ac Salvator, et si Dei benignitas et misericordia pariter omnes homines complectitur, quod et ratio postulat et innumerabiles sacrae scripturae loci declarant: quomodo cogitari potest fuisse in Dei voluntate positum, ut oeconomia salutaris a Christo instituta aliquando cessaret, ac non potius in perpetuum

rsisteret? Idem plane colligeudum est ex locis lucu-
ıtissimis, qui Jesum Christum affirmant supremo die
re iudicem vivorum et mortuorum, totius generis hu-
ıni, ut Matth. 25, 31 ss. („congregabuntur ante eum
nnes gentes“); Act. 17, 31; II. Timoth. 4, 1; I. Ti-
oth 6, 13 ss („Praecipio tibi ...., ut serves manda-
m sine macula, irreprehensibile usque in adventum
omini nostri Jesu Christi, quem suis temporibus osten-
et beatus et solus potens Rex regum et Dominus do-
inantium“), et alibi. Constat igitur oeconomiam salu-
rem, quam in ecclesia sua instituit Jesus Christus,
eternam fore, hoc est, tamdiu permansuram esse,
ımdiu existet genus humanum, cuius redimendi et
lvandi causa Jesus Christus descendit de coelis. Ne-
ıe iam dubium esse potest, quin haec ipsa aeternitas
clesiae christianae etiam directe et disertis verbis si-
ıificetur loco illo solenni apud Matth. 28 ult.: „et,
ee! ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad
nsummationem saeculi (ἕως τῆς συντελείας τοῦ
ῶνος);“ itemque illo non minus solenni apud Matth.
6, 18: „et portae inferi non praevalebunt ad-
ersus eam (ecclesiam meam).“

Instituisse autem Jesum Christum ecclesiam visi-
ilem, in qua perpetuo et Magistri essent doctrinae
ltaris et Dispensatores sacramentorum, eundemque
luisse, ut introitus in hanc ecclesiam visibilem a cer-
s quibusdam conditionibus externis suspensus fieret,
tam in aperto est et apud omnes confessum, ut de
ıc quidem re copiosius disserere videatur superfluum.
ec vero Jesus Christus, id quod ex ipsius rei natura
cile intelligitur, potuit alia ratione assequi finem sibi
opositum. His igitur positis, pro nostro consilio id

unum nobis quaerendum est, quale Magisterium esse voluerit in ecclesia sua visibili inde a prima origine in omnem temporum perpetuitatem.

Principio Apostoli totam doctrinam fidei ac morum salutarem in orbe terrarum propagarunt iussu divino. „Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quaecunque mandavi vobis.“ Matth. 28, 18—20. An dicamus fieri potuisse, ut Apostoli, homines ineruditi, suis tantum viribus, sua tantum memoria et ingenio freti eo modo, quo voluit Jesus et velle debuit, gravissimo muneri ipsis imposito satisfacerent, praesertim quum doctrina salutaris per ipsos propaganda res plurimas contineat, quae naturalem humanae rationis perspicientiam superant et propterea facile diversas interpretationes admittunt? Id si profecto negandum est, non possumus dubitare, quin Deus peculiari subsidio providerit effeceritque, ut Apostoli omnino idonei paratique fierent ad exequendum id, quod ipsis mandatum erat. Atque hoc ipsum concludere deberemus propter finem Jesu Christo propositum — quem finem infra diligentius explanabo —, etiamsi diserta et luculenta sacrorum codicum effata non haberemus. Accedunt autem huiusmodi effata, quibus omnis dubitatio, siqua tamen residua esse potest, penitus tollitur. Huc spectant inprimis loci prophetici, qui evidentissime enuntiant promissionem Spiritus sancti, cuius virtus effectura sit, ut Apostoli doctrinam salutarem inter omnes gentes non diverso sed eodem modo, non imperfecte, ut pro humanis viribus solet, sed perfecte et sine ullo errandi periculo propagare queant.

„Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis.... Vos cognoscetis eum, quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos; veniam ad vos.“ Joh. 14, 16 s. Et paulo post: „Haec loquutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo; ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecunque dixero vobis.“ Ibid. 16, 12 s.: „Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Quum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.“ Pariter Act. 1, 8. Et revera promissionem istam solennem ac saepe iteratam in Apostolis Hierosolymae congregatis impletam fuisse (Act. 2), nemo sane, qui Christum habet pro legato Dei, infitiari potest*). Est igitur certa haec propositio: Apostoli in doctrina christiana salutari cognoscenda et tradenda omninoque in omnibus, quae ad oeconomiam salutarem a Christo institutam pertinebant, virtute Spiritus sancti, Spiritus veritatis ab errore immunes fuerunt, ideoque consilio divino ex omni parte satisfecisse ac proinde doctrinam illam salutarem non erroribus depravatam aut mutilatam sed puram atque integram propagasse iudicandi sunt. — Fuerunt autem ab errore immunes et privatim et collective. Privatim; nam aperte singuli acceperunt Spiritum veritatis; idque ipsum maxime necessarium

*) Etiam Paulum, qui postea est ad Apostolatum vocatus, Spiritus sancti virtutem accepisse, satis elucet ex Actis Apost. et ex iis, quae in hanc rem iterum iterumque Paulus de se ipsa testatur.

erat eo tempore, quo singuli in diversissimis terrae regionibus evangelium praedicare coeperunt. Collective: scilicet eo consilio, ut exortis controversiis in Collegio congregati et communem sententiam ferentes unitatem servarent. Etiam huius rei insigne exemplum habemus Act. 15, ubi Apostoli communem sententiam a se latam de mota controversia his verbis enuntiant: „Visum est Spiritui sancto et nobis, rel.“

Quid de legitimis Apostolorum Successoribus? an ad hos quoque eadem illa ab errore immunitas transiit, et eodem modo? an credendum est etiam hodie in ecclesia Christi perstare infallibile Magisterium? Venimus ad quaestionem gravissimam, nec tamen adeo difficilem ad expediendum. Nam postquam certum est ecclesiam Christi, Redemptoris ac Salvatoris, aeternam fore, id est tamdiu esse mansuram, quamdiu persistet genus humanum; poterimus etiam sepositis luculentis sacrorum codicum effatis quaestionem illam diiudicare, dummodo haec duo consideraverimus: primum quis finis Jesu Christo propositus fuerit, deinde an necesse fuerit ad hunc finem consequendum, ut in ecclesia ipsius etiam post Apostolorum aetatem perpetuo maneret auctoritas, quae in interpretanda doctrina fidei ac morum salutari immunis esset ab omni errandi periculo.

Finis, quem assequi voluit Jesus Christus per ecclesiam suam, oeconomiae salutaris custodem, haud dubie in eo positus erat, ut omnes homines ad salutem aeternam perducerentur, perducerentur autem ratione dignissima, id est ea ratione, ut in hac terra moribus perfecti et sancti essent, omnem vitam suam penitus conformantes ad Dei similitudinem. „Estote perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfec-

est." Matth. 5, 48. Et I. Petr. 1, 14 s.: „Quasi obedientiae, non configurati prioribus ignorantiae rae desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, ctum, et ipsi in omni conversatione sancti s, quoniam scriptum est: Sancti eritis, quom ego sanctus sum." Est autem Deus ex omni e, non solum subiective sed etiam obiective, ut in lis dicunt, perfectus et sanctus. Certe igitur voluit s Christus, ut homines quoque, credentes ipsius trinam ad eamque mores suos componentes, non so- subiective sed etiam obiective perfecti et cti fierent, atque hoc modo ad similitudinem Dei me conformati beatitudinem aeternam adipiscerentur. se autem lucet, ad perfectionem et sanctitatem m obiectivam ne posse quidem homines perve-, nisi sub hac conditione, ut ante omnia doctrinam tarem, quae ipsis pro norma vivendi esse debet, cognoverint; nam ubi doctrinam illam male interpre- et erroribus ducti ad vitae actiones progrediuntur, fieri quidem potest, ut subiective, id est animi ac ntatis ratione habita, honeste agant, sed in obto tamen eos falli necesse est et a recto deflectere. fluit haec propositio: Voluit Jesus Christus, doctrina salutaris ab ipso tradita et per ostolos virtute Spiritus sancti sine ullo ore propagata non ad tempus, sed perpe- in ecclesia sua omnino pura atque integra servaretur, ita quidem, ut omnes homines c puram atque integram doctrinam quovis pore certo cognoscere possent, ad eamque am suam conformantes modo dignissimo ad utem aeternam perducerentur. — Ex quo

simul apparet fuisse in Jesu Christi voluntate positum, ut in ecclesia sua perpetuo esset fidei unitas.

Quod autem ut finem voluit Jesus Christus et Deus, fallere nescius, id ipsum ut assequeretur, certe etiam satis idoneo subsidio providit. At naturale subsidium nullum esse, quod ad puritatem integritatemque doctrinae christianae salutaris ac fidei unitatem servandam sufficiat, non solum ex toto huius doctrinae ingenio elucet, sed etiam experientia testatur. Omnino igitur Jesus Christus credendus est instituisse supernaturale subsidium, hoc est voluisse ac providisse, ut in ecclesia sua perpetuo extaret Magisterium altiori virtute infallibile, sive haec infallibilitas, pertinens scilicet ad doctrinam omnemque oeconomiam christianam salutarem, singulis Magistris data sit, sive ad totum Magistrorum Collegium translata.

Obiiciunt multi: „Habemus sacram scripturam, in qua consignata sunt dogmata fidei ac morum christiana; ex hoc autem fonte unusquisque dogmata illa, saltem praecipua et maxime necessaria, recto rationis usu secundum sanas interpretandi leges satis certo cognoscere potest; ergo supernaturali illo subsidio minime opus fuit.“ Non difficile factu videtur obiectionem istam refellere. Tenendum illud est, voluisse et velle Jesum Christum, ut omnes homines salutem aeternam adipiscantur dignissima ratione, id est morum sanctitate non modo subiectiva sed etiam obiectiva. Talis autem morum sanctitas comparari non potest, ubi erroribus implicatae sunt hominum mentes. Propterea etiam Apostolis missus est Spiritus sanctus, ut huius virtute doctrinam christianam sine ullo errandi periculo propagarent. Providit itaque Jesus Christus supernaturali

subsidio, ut saltem ii omnes, qui audiebant Apostolos, omnino recta veritatis salutiferae scientia imbui possent, acciperentque normam ac legem, cui convenienter viventes ratione dignissima ad salutem aeternam perducerentur. An dicamus posteriorum aetatum homines minus caros fuisse et esse Jesu Christo ac Deo? Id vel cogitare nefas est. An propagata per Apostolos aut etiam litteris consignata doctrina christiana ad eundem illum finem minus necessarium ullo tempore fuit et hodiedum est vel idem vel simile supernaturale subsidium? Equidem id nullo modo apparet. Accedere nos iubent ad sacros codices, quorum interpretem volunt esse solam rationem humanam. At primum indocti aut semidocti homines, si suo ipsorum ingenio freti sacros codices evolverint, nonne plurimos maximosque errores suscipient? Fateamur ergo aut horum saluti ratione dignissima adipiscendae parum esse consultum, aut divinitus institutam esse auctoritatem externam, cui tuto credere illi et antehac potuerint et ad hunc usque diem possint. „Indoctorum aut semidoctorum, inquiunt, est audire doctos, litterarum subsidiis instructos ad rectam sacrorum codicum interpretationem.“ Quid? si in hoc genere vel doctissimi homines iustissimas causas habent, cur suis viribus magnopere diffidant? Et profecto huiusmodi causae praesto sunt. Non enim hic agitur de uno alterove tantum Jesu Christi effato aut instituto satis evidenti omnibus, qui ingenio non hebeti utuntur, sed de tota multisque complexa partibus oeconomia divina salutari; non hic agitur de humana doctrina — tametsi vel in humana aliqua, ut Platonis, doctrina interpretanda permagnae saepe eruditorum dissensiones sunt —, sed de super-

naturali divina, quae multa continet supra rationem humanam posita et propter hanc ipsam causam facile obnoxia diversis et inter se contrariis interpretationibus, nisi altior quaedam communis auctoritas accedat, imbecillam singulorum rationem adiuvans recteque eam dirigens et ab erroribus avertens. Itaque quid eventurum sit, si docti in explicandis sacrorum codicum monumentis suum quisque ingenium magistrum sequentur, ex ipsius rei natura divinare licet; praesertim quum etiam doctorum animi non raro nimium indulgeant fervidis studiis cupiditatibusque, quibus veri cognitio vehementer impediri solet*). Accedunt omnium aetatum luculentissima experientiae testimonia. Nam quid magis ex historia elucet atque in omnium oculos incurrit, quam eos ipsos, qui sive diversis sive etiam iisdem coetibus ecclesiasticis adscripti solam singulorum rationem constituerunt vel constituunt sacrorum codicum interpretem, de magno gravissimorum dogmatum numero et antehac inter sese magnopere digladiatos esse et ad hunc usque diem digladiari? Ubinam igitur in tantis eruditorum dissensionibus fidei unitas est? aut quanam in parte de multis, quae contrariae

---

*) Rectissime in hanc rem Muratorius de Ingen. Moder. l. 8: „Quod est ad perspicaces eruditosque viros, ne ii quidem multum hic habent, quod suis e viribus sperent, quamvis orientalium linguarum peritia et Critices aliarumque artium et scientiarum subsidiis instructi. Si enim vere docti sunt et humiles, nusquam evidentius quam illic perspicient, quae sit humani intellectus aegritudo et ardua quaestionum copia atque subtilitas. Sin ambitiosi accedunt, nullus controversiarum et difficultatum est modus: unusquisque enim in suo sensu facile abundat et opinionibus anteceptis in transversum rapitur, et aut novitati aut suis cupiditatibus studet, sive etiam totam operam in sui coetu potius quam in ipsa veritate tuenda incautus impendit.“

unt, dicemus esse puram atque integram doctrinam hristianam salutarem, si non alio et certiori subsidio ·ovisum est? Nemo dixerit unitatem fidei optabilem necessariam ita quaerendam esse, ut illa dogmata, ›scuriora scilicet atque abstrusa, de quibus eruditis- ni quique dissenserint atque dissentiant, tanquam inu- ia aut minus necessaria deleantur e catalogo creden- ›rum, retineanturque ea tantum, quae sint aperta et l omnium vel plurimorum eruditorum consensu pro- ıta. Talis sermo, pessimum Indifferentismum spirans, inime decet hominem christianum, cui omnis veritas vinitus tradita ad salutem generis humani sanctissima ıse debet. Et sane confitendum est, re paullo accu- ıtius considerata, arctissimo inter se vinculo contineri nnia dogmata, ut unum sine altero intelligi non possit ıt fundamento careat. Dele, ut exemplo utar, dogma peccato originali, quod hodie a multis negatur, et ieo delenda est ingens aliorum dogmatum multitudo. x quibus apparet, si illa via perveniatur ad fidei uni- tem, brevi tempore rem eo adductum iri, ut abiecta ligionis christianae substantia nihil reliquum fiat prae- rquam inanis quaedam species aut religio mere natu- lis. Absit ab omnibus talis Indifferentismus! Quum itur illud constet, Jesum Christum propter finem sibi 'opositum voluisse ac proinde etiam satis idoneo sub- dio providisse, ut doctrina salutaris humano generi adita in perpetuum pura atque integra conservaretur, a quidem, ut omnes omnium aetatum homines recta us scientia imbui ac fidei verae unitate coniungi pos- nt ad salutem suam optimo modo operandam; quum aeterea naturale subsidium, quod ad hunc finem per- cte assequendum sufficiat, nullum sit, quandoquidem

vel doctissimi homines, qui privatam rationem in monumentis doctrinae christianae magnam partem supra rationem positae interpretandis magistram habent, et pro rei natura facillime in errores labi possunt et experientia teste in gravissimis rebus mirifice dissident plurimasque in partes contrarias separantur: necessario concludendum est: **idem illud supernaturale subsidium, quo efficiebatur, ut Apostoli ab errore immunes essent omninoque veram atque perfectam sanctitatis legem gentibus traderent, ex voluntate Christi, qui totum genus humanum pari amore complectitur, nunquam in ecclesia interiisse,** hoc est **infallibilitatem primis doctrinae salutaris Propagatoribus et Magistris virtute Spiritus sancti concessam etiam ad Apostolorum in Magisterio Successores transiisse.** Dico: transiisse ad Apostolorum in Magisterio Successores; nam eorum iam pridem explosa opinio est, qui, quemadmodum Quaekeri, temere statuunt interdum singulos quoscunque fideles ad veram sacrae scripturae mentem percipiendam excitari et paratos fieri coelesti quodam Spiritus sancti afflatu.

Quaeri autem licet, utrum infallibilitas illa, quae in ecclesia Christi penes Magisterium esse debet, **privata** sit, an **collectiva.** Equidem quum prior sententia non possit idoneo argumento comprobari, sola posterior tenenda est. Et profecto si perpendimus totam atque integram doctrinam Christi salutarem per Apostolos sine errandi periculo inter gentes propagatam esse, deinde eandem cum scriptis tum per ecclesiae traditionem ad nos venisse; facile intelligitur ad puritatem unitatemque fidei servandam omnino sufficere, s

tum Magistrorum Collegium ea facultate praeditum t, ut fontes doctrinae christianae, ubi naturales vires n satis idoneae forent, supernaturali Spiritus sancti tute adiutum sine errandi periculo interpretari, exor-que de singulis dogmatis dubitationes et controver-s per communem sententiam certo dirimere queat. m lata huiusmodi sententia qui agnoverint auctorita-n divinitus institutam, in vera ecclesia manebunt, em huius ecclesiae in Concilio generali infallibiliter claratam concordes et unanimi servabunt eidemque nvenienter vivendo ad morum sanctitatem non modo biectivam sed etiam obiectivam pervenire poterunt: i contra fecerint, separabuntur a vera ecclesia, se-rati secundum suas opiniones vitam degent atque iumento carebunt, quod instituit Jesus Christus, ut nes omnium aetatum homines recta doctrinae saluta-scientia imbui possent, imbuti salutem suam operari ione perfectissima. Omnino igitur in ecclesia Christi sistit ac nunquam non persistet saltem collectiva gisterii infallibilitas, quandoquidem haec et necessa-est et vero etiam sufficiens ad finem, qui Jesu Chri-proposítus erat, assequendum.

Quod hucusque ex ingenio religionis christianae nonstravimus, idem etiam directe significari complu-us sacrae scripturae locis nunc quidem facilius lar-mur. Huc rursus spectant verba illa apud Matth. , 20: „Docete eos servare omnia, quaecunque man-vi vobis, et, ecce! ego vobiscum sum omnibus ebus, usque ad consummationem saeculi ἱς τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος)." Nimirum alloquitur sus Christus Apostolos quasi personam gerentes to-s Magisterii in ecclesia instituti ac perpetuo conti-

nuandi; ex quo fit, ut peculiare auxilium, quod pollicetur, non ad solos Apostolos, sed ad totum Magisterium etiam futurarum aetatum referendum sit. Similis ratio est loci, qui extat apud Joh. 14, 16: „Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis." Eodem spectant verba apud Matth. 16, 18 iam supra commemorata: „Portae inferi non praevalebunt adversus ecclesiam meam." Nam quum ipse Jesus Christus voluerit ecclesiae suae aeternitatem; certe verbis illis significat ecclesiam suam tantis subsidiis munitam esse, ut nunquam externa potestate inimica destrui queat. In his autem subsidiis ante omnia necessarium erat donum infallibilitatis in exponenda doctrina salutari; nam ubi desideratur hoc donum, ibi in ecclesia constare non potest fidei integritas atque unitas, hac autem sublata cessat vera ac propria communio ecclesiastica, ipsa ecclesia interiorem ruinam perpessa est, et portae inferorum omnino adversus eam praevaluerunt. Accedunt alii loci, ut I. ad Timoth. 3, 15, ubi generatim Apostolus loquitur de ecclesia christiana, eamque appellat „ecclesiam Dei vivi, columnam et firmamentum veritatis." Cessaret autem ecclesia christiana columna et firmamentum esse veritatis, si quando erroribus veritati contrariis detrimentum capere posset.

Ex iis, quae hucusque exposita sunt, simul necessarii quidam verae ecclesiae christianae characteres proficiscuntur, nempe aeternitas, sanctitas, fidei unitas et infallibile Magisterium. Restat, ut alios quosdam characteres, cum superioribus maxime coniunctos, demonstremus. Qui quum positi sunt in

forma seu constitutione, quam Jesus Christus ecclesiae suae dedit, nunc istam formam, quantum quidem consilium nostrum requiret, delineare aggredimur.

Primum Jesus Christus ecclesiam suam non solum distribuit in docentem et audientem, sed etiam voluit, ut Magistri essent Antistites, utentes iurisdictione, id est potestate regendi, leges ferendi, puniendi, ceteros autem in rebus, quae ad salutem pertinerent, Subditos esse iussit. Atque hoc intelligi potest ex locis evidentissimis, ubi talem iurisdictionem Jesus Christus et Petro et ceteris Apostolis tribuit, ut Matth. 16, 19; ibid. 18, 15—19; Luc. 10, 16. Idem apparet ex tota agendi ratione, quam Apostoli constanter tenebant. Sic Act. 15 ab iis exercetur potestas legislativa. Et Paulus I. ad Corinth. 11, 17 ipse legislator existit. Idem haec habet II. ad Corinth. 13, 10: „Ideo haec absens scribo, ut non praesens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi." Quibus verbis et iurisdictionem sibi attribuit, et diserte profitetur se accepisse eam non ab hominibus, sed a Domino Jesu Christo. Non secus I. ad Corinth. 5, ubi „in nomine Domini Jesu Christi" turpem et periculosum fornicatorem ab ecclesia excludit et satanae tradit in interitum carnis, ut spiritus salvus sit. Adde locum, qui extat Act. 2, 28, ubi Paulus Episcopos ecclesiae Ephesinae his verbis alloquitur: „Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei." His verbis declarat Paulus etiam Apostolorum Successoribus, nempe iis, quos ipsi Apostoli constituerant, eandem potestatem traditam esse, et quidem non ab hominibus, sed a Jesu Christo per Spiritum sanctum. Plane

igitur eodem modo de his iudicandum est, quos rursus primi Apostolorum Successores constituerunt, et sic deinceps.

An inter ipsos Apostolos ac legitimos eorum Successores unum aliquem prae ceteris gerere Principatum totiusque ecclesiae visibilis Caput esse voluit Jesus Christus? Id quin affirmandum sit, vel propter interna argumenta non videtur posse dubitari. Certe enim Jesus Christus ecclesiae suae talem per omnia dedisse formam credendus est, quae ad assequendum finem ipsi propositum necessaria esset aut maxime accommodata. Atqui facile intelligitur in hoc genere etiam Primatum, non honoris sed iurisdictionis, maximi momenti esse, praesertim si infallibile Magisterium, quod divinitus institutum esse cognovimus, gravissimo muneri suo satisfaciat. Nam quomodo, quaeso, ecclesiae per totum scilicet terrarum orbem iussu divino propagandae ac propagatae Magistri iidemque Antistites controversias hic illic exortas iuste dirimere et communi auctoritate sua componere, quomodo fidem in diversissimis regionibus ab Apostolis traditam satis explorare, quomodo perversas novationes atque errores satis dignoscere, notare ac palam facere, quomodo, quid pro vera Christi doctrina habendum aut ad salutarem morum disciplinam fructuosissimum esset, collatis sententiis decernere, decreta cum omnibus fidelibus communicare possent, si ipsi carerent centro unitatis, si nemo inter ipsos rerum ad oeconomiam divinam salutarem pertinentium summam moderaretur, nemo Princeps suprema iurisdictione a Deo praeditus et singulorum Antistitum etsi spatio remotissimorum actiones ad communem finem dirigens agnoscendus esset? Itaque vel ex idea ecclesiae

christianae colligi licet Primatum iurisdictionis fuisse a Jesu Christo institutum. Atque hoc idem non modo universa traditio testatur, sed etiam satis luculenti sacrorum codicum loci confirmant. Inspiciamus ante omnia, quae leguntur apud Matth. 16, 17 ss. Postquam interrogavit Jesus discipulos suos, quem homines dicerent esse filium hominis? et postquam de hac re ab iis responsum accepit; solenni modo ad omnes, qui aderant, discipulos se convertit his verbis; „Vos autem quem me esse dicitis?“ Ibi tum, reliquis tacentibus, Simon Petrus: „Tu es, inquit, Christus, filius Dei vivi.“ Excipit Jesus solenne unius Petri testimonium his vocibus gravissimis: „Beatus es Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est. Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum. Et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum et in coelis.“ Petrus igitur, cum ceteris interrogatus, non pro humana scientia sed altiori imbutus lumine solus testificatur Christi magnitudinem et divinitatem: contra quod Christus quasi ad remunerandum tam singulare testimonium Simoni Petro revelat, qualem iste prae ceteris omnibus in ecclesia magnitudinem habiturus sit. Aperte Jesus Christus per verba illa solennia: „Et ego dico tibi, rel.,“ tam singulari occasione pronuntiata Simoni Petro promittit singulare et praecipuum quid. Hoc autem quale sit, satis evidenter declarat similitudinum minime inusitatarum vis et natura. Voluit igitur Jesus,

ut post discessum suum Simon Petrus is esset, qui modo praecipuo quasi fundamentum totum ecclesiae aedificium sustentaret et contineret, qui modo praecipuo ecclesiam regeret, id est: summam in ea potestatem haberet, qui visibile ecclesiae visibilis Caput foret, quemadmodum Jesus, dum in terra versabatur, ipse erat visibile ecclesiae Caput, invisibile quidem mansurus in perpetuum. Nemo dicat intelligendum esse locum illum vel de Primatu honoris vel de praestantia quadam docendi. Alterum prope ridiculum est; nam quis sibi persuadeat Jesum Christum, cuius omnes actiones haud dubie pertinent ad salutem generis humani, Petro impertiisse titulum honorificum sine iurisdictione? et quomodo, si cui tamen id secus videatur, eiusmodi titulus inanis impertiri potuit tanta verborum solemnitate? Altera vero interpretatio, quamvis referatur ad munus apostolicum, tamen neque cum usitata similitudinum illarum significatione satis consentit, et historiae repugnat. Ubi tandem apparet Simonem Petrum ceteris Apostolis praestitisse docendo? Immo in hac re et aliis fortasse Apostolis et certe Paulo inferior existimandus est. Ergo nihil reliquum fit, nisi ut locus ille accipiatur ea significatione, quae in oculos incurrit, id est de Primatu iurisdictionis, de praecipua quadam potestate regendae ecclesiae. Eandem fere perspicuitatem habent, quae extant apud Joh. 15 ss.; nam hic quoque in pascendis ovibus praecipuam partem Simoni Petro demandari, satis apparet, dum contextum orationis et singulares res adiunctas paullo diligentius consulueris. Nunc etiam alia multa, in quae incidimus sacram scripturam legentes, ad explicandum facillima sunt: cur Jesus unum Simonem nominaverit Cepham, Petrum, id

est fundamentum ecclesiae, ceteris autem Apostolis, ut Jacobo et Johanni, alia nomina imposuerit (Marc. 3, 17); cur Evangelistae in recensendis Apostolorum nominibus Simonem Petrum primo loco ponere soleant aut etiam diserte primum appellent (Matth. 10, 2, Marc. 3, 16, Luc. 16, 14, Act. 1, 13), quum tamen Andream, Simonis fratrem, ante ipsum Simonem vocatum fuisse constet (Joh. 1, 40); cur Petrus, quum in Judae locum novus esset eligendus Episcopus, prae ceteris omnibus exsurgens et verba faciens totum hoc electionis negotium moderatus sit (Act. 1, 15); cur denique in Concilio Hierosolymitano, futurorum scilicet Conciliorum exemplo, quum agitaretur controversia de circumcisionis necessitate, Petrus item primus sententiam suam pronuntiaverit. — Fateamur ergo ex sacra scriptura conspicuum esse, quod idem antiquissima traditio testatur, voluisse Jesum, ut post discessum suum primum Petrus, deinde eius Successores — nam causa plane eadem manebat — perpetuo essent centrum unitatis, ut Principatu uterentur cum omnibus iuribus, non humanis sed divinis, id est divinitus traditis, quae ad unitatem servandam, ad aedificium ecclesiae sustentandum, ad societatem christianam per totum terrarum orbem dispersam praecipuo modo regendam necessaria essent.

Mitto dicere de aliis partibus, quibus primitiva ecclesiae christianae et apostolicae forma continetur, veluti de discrimine inter Episcopos, Presbyteros et Diaconos; nam ista quidem ad consilium nostrum minus spectare videntur. Venio ad id, propter quod haec tota disputatio suscepta est. Quamnam igitur ecclesiam de

multis, quae extant in terrarum regionibus, pro vera Christi ecclesia, pro fida totius oeconomiae christianae salutaris custode habendam esse dicemus?

Si vera ecclesia omnes characteres, qui hucusque expositi sunt, habere debet; ex eo fit, ut, ubi unus vel alter ex illis characteribus desideratur, ibi vera ecclesia esse non possit. Primum igitur non potest esse apud eos, qui in suo ipsorum gremio ne agnoscunt quidem infallibile Magisterium; vidimus enim voluisse Jesum Christum, ut in ecclesia sua Magisterium virtute Spiritus sancti infallibile — infallibile autem in rebus ad doctrinam fidei ac morum christianam omninoque ad oeconomiam salutarem pertinentibus — perpetuo extaret. Et profecto etiam fidei unitatem, quae pariter est necessarius verae ecclesiae character, apud eos non reperiri, qui solam rationem humanam interpretem esse volunt doctrinae salutaris magnam partem supra rationem humanam positae, testis est experientia. Catholici et agnoscunt infallibile Magisterium, neque quisquam negaverit apud eos esse fidei unitatem. At Graeca ecclesia non unita cum Catholicis eosdem sibi characteres vindicat. Quid ergo est? Videndum scilicet, an reliqui etiam characteres in eam cadant; nam si vel unus ex his desideratur, etiam Graeca ecclesia excidit. Demonstravimus autem a Jesu Christo institutum esse Primatum Iurisdictionis, quem Graeci non uniti repudiant, Catholici semper agnoverunt hodieque agnoscunt. Accedit aliud, quod idem eiusmodi est, ut non solum ad Graecam sed etiam ad reliquas ecclesias a Catholica dissidentes eodem modo pertineat. Nam voluit Jesus Christus, ut vera ecclesia sua aeterna esset, hoc est, ut inde a prima origine per omnem sub-

sequentium aetatum continuitatem nullo temporis puncto cessaret existere. Quocirca omnes coetus ecclesiastici, qui post Apostolorum aetatem aliquando orti sunt et propriam constituere societatem coeperunt, carent necessario illo charactere eamque ab causam a vera Christi ecclesia discessisse iudicandi sunt. Atqui etiam Graeca ecclesia non unita cum Catholicis postea demum orta est et propriam constituere societatem coepit per discidium ab ecclesia Romana Catholica, quae quidem ipsa per Apostolos Petrum et Paulum condita neque tum temporis existere cessaverat, neque ad hunc usque diem cessavit. Ex quibus efficitur ista conclusio: Ecclesia Romana Catholica, quippe omnes habens characteres supra expositos, vere christiana et apostolica est. Ceterae ecclesiae quidquid habent doctrinae institutionisque christianae salutaris — aliae autem plus, aliae minus habent —, id omne habent ab antiquissima ecclesia Catholica, communi parente. Utinam ab hac nunquam descivissent! utinam in huius gremium revertantur, reversi uberrimos integrae oeconomiae salutaris fructus percipiant! Non enim oportet illud obiicere, quod saepe auditur: „Ecclesia Romana Catholica quamvis antiquissima sit perstiteritque inde ab Apostolorum aetate — quippe hoc negari nullo modo potest —, tamen paulatim, praesertim saeculo XVI, coeperat corrumpi, depravari, ruinam pati; non igitur exortae novae Confessiones christianae dicendae sunt descivisse ab antiqua et vera ecclesia, sed haec potius per illas est denuo restituta." Videlicet ista obiectio sumit aliquid, quod dari non potest. Aut interierat ullo tempore, id est in rebus essentialibus ruinam perpessa erat vera ecclesia, aut non ita se res habe-

bat. Prius sumitur illa obiectione. At perperam hoc fit, nec fieri potest, nisi fallaciae arguatur Christus, qui voluit, ut oeconomia salutaris ab ipso condita per omnem temporum continuitatem in totius generis humani salutem omnino integra maneret. Est igitur statuendum posterius. Id si est, certe illa ecclesia, quae erat antiquissima semperque perstiterat inde ab Apostolorum aetate, non potuit non quocunque tempore integrum servare id, quo verae ecclesiae essentia continetur, id est, doctrinam salutarem itemque interiorem constitutionem ecclesiae datam a Jesu Christo et ab Apostolis. Fuerint in ea aliquando abusus vitio hominum introducti: non potuerunt isti abusus quamlibet multi es valere, ut Christi promissionem irritam facerent, non potuerunt neque omnino neque ex parte ipsam verae ecclesiae essentiam tollere, non potuerunt eam afferre interiorem ruinam, quae proprie ruina dicenda sit. Sin autem antiquissima et vera ecclesia quoad essentiam suam semper et sine ulla intermissione integra fuit ac debuit esse secundum Christi voluntatem: sane nunquam indigere potuit in integrum restitutione. Cur ergo tam multi, quos offenderant sive veri sive commenticii abusus, etiam a doctrina antiquissimae ecclesiae desciverunt? cur interiorem eius constitutionem ac politiam missam fecerunt? cur non retinuerunt id, quod integrum erat, rogaruntque hoc unum, ut abusus vitio singulorum invecti atque ad exteriorem speciem pertinentes per auctoritatem in ipsa ecclesia antiquissima institutam removerentur? O luctuossima discidia, quibus effectum est, ut innumera hominum multitudo, quos toto pectore amamus, a recta via deflecterent! Utinam omnes, qui extra ecclesiam Catholicam

sunt, antiquissimam huius originem, continuationem nunquam interruptam, summam praestantiam dignitatemque noscant! utinam ne singulorum opiniones confundant cum iis, quae tota ecclesia Catholica sive in Conciliis Oecumenicis congregata sive dispersa docuit et docet! Utinam ne sibi persuadeant Catholicos pravissimae superstitioni deditos esse et absurda sequi principia, veluti illud, quod loco supra (pag. 20) citato Boysenius confingit: „Catholicorum fidem non Jesu Christi sed Papae auctoritate et doctrina niti,“ id est, posse a Romano Pontifice nova quaecunque dogmata inveniri et Catholicis ad credendum proponi! Utinam religione Catholicorum accurate cognita nobiscum concordes fiant, omnemque veritatem divinitus traditam ex purissimo fonte percipiant!

Nam si sola ecclesia Catholica eas omnes notas habet, quas necessarias esse demonstravimus, si igitur iure habetur pro vera et genuina Christi ecclesia, in qua quidem ad fidei puritatem unitatemque servandam divinitus institutum est infallibile Magisterium; omnino rectissime se habet regula credendorum inter Catholicos vigens et ab initio commemorata: Firmissime ea omnia credenda et rata habenda sunt, quae ut salutarem fidei ac morum doctrinam divinitus traditam ecclesia catholica docens, (sive dispersa sive per legatos in Concilio congregata,) ad credendum proponit. Haec autem regula non intolerabiles rationi privatae compedes iniicit, non iniuriam infert rationi, neque eam excludit sed iuste moderatur. „Catholici, ut praeclare habet Muratorius de Ing. Moder. lib. I. c. 9, cum ingenium suum tum ecclesiae vocem auscultant in exquirendo et statuendo

litterarum sacrarum sensu. Ingenium autem suum, si forte ab ecclesiae voce dissentiat, silere malunt quam loqui. Consilio utique saluberrimo, quippe non fallacem consiliarium sed certissimum iudicem a Christo ad dirimendas fidei controversias constitutum sibi petunt." Nimirum recta ratio ad illam regulam necessario perducitur eamque sibi ipsa praescribit, dummodo satis circumspecte agat; nam quoniam natura sua omnis veritatis cupida est omnesque errores aversatur, simul tamen suam infirmitatem sentit, primum lubentissime se subiicit revelanti Deo, deinde etiam auctoritatem, cui in exponenda doctrina revelata ipse Deus immunitatem ab errore promisit, non minus lubenter agnoscere et audire debet, nisi rursus deficiat a Deo, qui summa Ratio et ipsa Veritas est. Non igitur Catholicos accusare licet, quod temere se subiiciant auctoritati humanae, quandoquidem non temere sed cum ratione credunt eam, cui subiiciunt se, auctoritatem esse divinam, id est divinitus institutam. Vide, quam haec omnia cum recta ratione conspirent. Neque vero profitentur Catholici, id quod ex superioribus satis elucet et necessario sequitur, ecclesiae auctoritatem eo pertinere, ut nova dogmata inveniat, sed eo tantum, ut traditam doctrinam salutarem conservet, declaret, accuratius definiat liberetque ab exortis dubitationibus. Quare etiam haec regula et viguit semper et hodie viget inter Catholicos: Nihil, nisi quod traditum. An Doctores ecclesiae catholicae, ubi in Conciliis congregati haec illa dogmata declararunt, propterea statim censendi sunt nova dogmata invenisse? Id qui concludere vellet, parum considerate faceret vehementerque praecipitaret iudicium; non enim unquam Doctores illi omiserunt et

›mparare sententias ad explorandam fidem ubique vi-
›ntem et sedulo consulere fontes doctrinae christianae,
illud ipsum, quod vere traditum esset, constitueretur
: palam fieret.

Exposui fere capita et lineamenta demonstrationis
ermesianae, ex qua efficiuntur hae potissimum pro-
›sitiones: oeconomiam salutarem a Christo institutam
propagatam per Apostolos virtute Spiritus sancti im-
ıtos aeternam fore; eandem, quemadmodum ab initio
tegra fuit, sic moderatione divina continuo integram
ansisse et esse mansuram usque ad consummationem
eculorum; voluisse Jesum Christum, ut in ecclesia
ıa perpetuo extaret Magisterium, quod traditam doc-
inam sine errandi periculo exponere et declarare posset;
ıtholicam ecclesiam esse veram ecclesiam christianam
apostolicam; illius igitur vocem ab omnibus audien-
m esse, neque licere ullo pacto in doctrina salutari,
am ut traditam ad credendum proponat ecclesia ca-
olica, quidquam novare velle aut addendo aut minu-
do. Haec sunt, quae Hermesius in Introductionis Po-
ivae Parte II., nondum typis expressa, copiose et eru-
te pertractavit; haec sunt, quae in Theologia Dogma-
:a ubique sumit, non raro etiam revocat in memoriam.
opterea non solum ex sacris codicibus et traditione
›gmata christiana probat, sed etiam, ubi occasio fert,
ıepissime consulit Concilia et ecclesiae declarationes,
emque tam remotus est ab omni studio novandae doc-
inae traditae, ut nihil profecto magis aversari possit.
ic Theol. Dogm. P. I. pag. 88 diserte eos, qui huius-
ıodi novationes sectantur, his verbis reprehendit:
Christum dicunt minime perfecisse doctrinam suam sed
ıchoasse tantum; nostrum esse eam amplius excolere.

In his autem omnibus quantopere a vero aberraverint, patet ex tractatu de principiis Theologiae christianae catholicae. Nonnulli Catholici siquid simile tentant, ut fecit Mutschellius, deficiunt ab ecclesia sua. Catholici profitentur hanc regulam: Nihil, nisi quod traditum est*)." Potuitne igitur Sanctissimus Pater,

*) Plura qui cupit, consulat Ephemerid. Bonnens. Fascic. I, ubi extat Hermesii tractatus erudite scriptus de quaestione: an Catholici ex suis principiis historiam dogmatum agnoscere possint? Contendit Hermesius talem historiam sensu proprio a Catholicis non posse agnosci, et propterea non posse, quia doctrina a Jesu Christo tradita et per Apostolos propagata ex Catholicorum principiis non mutabilis, sed in sese perfecta et absoluta sit, et quia Magisterium in ecclesia ea facultate divinitus praeditum sit, ut doctrinam illam infallibili modo conservare, testari et interpretari queat. „Homo Catholicus praeter libros scriptos fontem fidei agnoscit etiam traditionem ore factam (mündliche Uebergabe) — non modo eam, quae saeculorum decursu litteris consignata, sed etiam et praecipue eam, quae viva voce et ipso vitae usu a maioribus ad posteros propagata est — itemque Magisterium in ecclesia sua tanquam infallibilem interpretem librorum scriptorum super fundamento illius traditionis. Itaque ex Catholicorum systemate traditio ore facta praeest libris scriptis, nempe tanquam eorum interpres, et Magisterium praeest intelligentiae privatae, nempe tanquam infallibilis eius iudex." (p. 114—115). Et rursus: „Ex his iam sponte fluit per historiam testificata et antiquissima ecclesiae catholicae regula: Nihil, nisi quod traditum est. Nititur autem his argumentis, quae ecclesia catholica pro invictis habet: Nihil est doctrina Jesu Christi, nisi quod ab ipso et ab Apostolis eius orbi terrarum nuntiatum fuit; haec doctrina necessario unica tantum est, nec potest constare ex pluribus se invicem excipientibus et inter se contrariis doctrinis; — porro necesse est, ut eadem in ecclesia christiana, cuius est fundamentum, omnibus temporibus sine ulla intermissione extiterit et maneat, propterea quod ipsius ecclesia omni tempore et sine ulla intermissione existere debet. — Per se evidens est cum hac sententia de ratione a Christo instituta ad doctrinam suam conservandam et propagandam et cum regula commemorata, quae inde ultro proficiscitur facitque ad discer-

ii tot tam praestantium Theologorum exempla ante ulos habuit, qui etiam Episcopi Argentoratensis advers Bautaenium Epistolam approbavit, potuitne damnare

nendam veram doctrinam a falsa, constare nullo modo posse hoc placitum: post Apostolorum aetatem in ecclesia Christi etiam nova fidei dogmata exorta esse aut doctrinam apostolicam quoad sensum et substantiam suam mutationes subiisse; et propterea etiam evidens est historiam dogmatum sensu proprio, qualem Protestantes tradunt, nempe eo sensu, quo intelligitur historia de (ipsorum) dogmatum origine et mutationibus, a Catholicis concedi non posse." (pag. 116.) Laudat Hermesius (pag. 114—115 not.), ut hanc sententiam suam illustret et confirmet, verba Concilii Trid. Sess. 4 decret. de can. scripturis: „Sacrosancta oecumenica et generalis Trident. Synodus ..... perspiciens hanc (salutarem) veritatem et (morum) disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum Patrum exempla sequuta, omnes libros tam veteris quam novi testamenti, quum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo vel a Spiritu Sancto dictatas et continua successione in Ecclesia catholica conservatas pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur." Laudat praeterea Vincentii Lirin. dictum illud Commonit. cap. 3: „In ipsa catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est." Laudat item s. Augustini verba de Bapt. L. IV. cap. 22: „Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur." Laudat denique ex professionis fidei Forma a Pio IV. praescripta, quae in Ecclesia catholica adhiberi debeat adhibeaturque in publicis omnibus fidei professionibus, hunc locum: „Sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor .... Cetera item omnia a sacris Canonibus et oecumenicis Conciliis ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata indu-

velle, non dico illas Hermesii propositiones, sed studium demonstrandi eas iusta argumentatione? Id equidem credibile non est, immo etiam ne cogitari quidem potest, nisi Sanctissimum Patrem secum ipso pugnantem facias. Itaque dum confidenter pronuntiare audeo non cadere in Hermesium reprehensiones ab initio huius capitis commemoratas; minime videor mihi violare reverentiam, quae Capiti ecclesiae catholicae divinitus instituto debetur. Contra eos rem ago, qui Hermesii libros aut male excerpserunt, aut saltem, quod nunc quidem in aperto est, pessime interpretati sunt; contra eos rem ago, qui, quoniam Bautaenianismo addicti sunt, incredibilem in modum quotidie vexare, accusare, conviciis lacessere Hermesii discipulos non cessant. Quaero ex iis, an propositiones supra allatas, quas vere Hermesianas esse nemo infitiari potest, quas certe omnes Hermesiani suas faciunt ac publice profitentur,

---

bitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia atque haereses quascunque ab Ecclesia damnatas, reiectas et anathematizatas ego pariter damno, reiicio et anathematizo.“ Hermesius igitur cum omnibus Catholicis non agnoscit historiam dogmatum sensu proprio, ideoque ab omni ipsorum dogmatum novatione aut immutatione alienissimus est. Id unum tribuit et contendit Hermesius, quod nemo sanus negaverit, scientiam sive cognitionem doctrinae traditae posse diversos claritatis, perspicuitatis, praecisionis omninoque perfectionis gradus habere et revera habuisse diversis temporibus; ad hanc rem ipsius Ecclesiae declarationes et Conciliorum decreta plurimum valuisse, ut in dogmate de Trinitate; propterea etiam esse historiam de studiis Theologorum eo pertinentibus, ut scientia et cognitio dogmatum atque inclusi argumenti fieret explanatior, doctior, perfectior; hanc autem historiam scientiae theologicae minime promiscuam habendam esse cum historia dogmatum (pag. 116—117). Consentientem in hoc genere Hermesius habet D. Thomam Aquin. in Secunda Sec. Qu. I. Art. 7.

absonas vocare audeant a catholicarum veritatum principiis. „Ne nos quidem, inquiunt, damnamus ipsas propositiones: illud periculosum est ac detestabile, quod Hermesius eiusque discipuli demonstrare intendunt rationis usu; nam talis demonstratio inducit in Rationalismum, quo funditus evertitur Catholicismus.“ Ego vero quod ad ista respondeam, non habeo amplius; responsum enim iam supra est.

CAPUT XIV.

Methodus analytica s. heuristica, quam sequitur Hermesius, tota spectat ad dubitationem omnem excludendam. Quid differat inter prudentem et temerariam dubitationem. Pia fides et acris demonstratio non inter se contrariae sunt. Quid iure requirat Hermesius in religionis Magistro. Fructus doctrinae Hermesianae quales sint, demonstratur testimoniis virorum gravissimorum.

Ex fructibus eorum cognoscetis eos.
Matth. 7, 20.

Rectene illud se habet, Hermesium „in Dubio positivo tanquam basi omnis theologicae disquisitionis tenebrosam ad errorem omnigenum viam moliri, atque inducere in Scepticismum et Indifferentismum?“ Immo hunc sibi finem propositum habet et incredibili virium suarum contentione prosequitur, ut omnem dubitationem excludat. At efficere hoc nemo potest, nisi qui eam sibi legem praescripserit, ut nihil praetermittat eorum, quae scrupulos iniicere queant, ut etiam dubitandi causas omnes diligenter consideret, ut omnia, quae in utramque partem afferri possunt, studiose et sincero animo excutiat, ponderet, examinet, priusquam certam sententiam ferat. Habes in universum vim et naturam disquisitionum, quas Hermesius instituit, non novitatis aestu compulsus

ed veri inveniendi et rite confirmandi studio ductus. lequitur methodum analyticam vel, si placet, heuisticam, quam potiorem habet methodo synthetica, ıagis probata aliis. Posteriorem qui praeferunt, statim ı ipso limine ponunt theses vel affirmativas vel negavas, tum argumenta subiungunt probantia, hisque subınctis demum eo aggrediuntur, ut contraria argumenta ɛfellant et obiectiones dissolvant. Contra quod Heresius ab initio interrogat seu quaestionem proponit — əluti hoc modo: an Deus est? an fieri potuit, ut Deus ıpernaturali via se patefaceret generi humano? an docina christiana, quae se divinitus traditam profitetur, ɛvera talis habenda est? an ecclesia catholica est vera 'hristi ecclesia? — deinde totam quaestionem sub duitandi specie vel potius interrogandi forma propositam ividit in partes suas, hasque rursus per interrogatioəs exprimit, postremum singulis quibusque quaestioniıs constitutis in ipsa disquisitione ita versatur, ut, ıae pertinent ad rem quaesitam possuntque in utramıe partem proferri, simul omnia comprehendat, diligenr inter se comparet, examinet, eorum pondus explot, donec ad certum exitum, id est ad theses vel affirativas vel negativas, perveniatur. Ex his iam appat, quid accusatores in eam opinionem adduxerit, Herıesium ordiri a „Dubio positivo;“ videlicet vim ac ıturam methodi analyticae sive heuristicae minime perɔiciunt. An ista methodus, quae et incommoda habet ıa et vero etiam permagna commoda, unquam ab eclesia damnata est? an eandem methodum damnare voıisse credendus est Sanctissimus Pater? an D. Thoıas, tantum ecclesiae lumen, qui in Summa Theologiae lane eodem modo atque Hermesius ubique quaestiones

proponit (veluti hanc P. I. Q. 2, Art. 3: „utrum Deus sit?“), propterea unquam incurrit in doctorum hominum reprehensionem? Discant ante omnia accusatores Hermesii prudentem dubitationem discernere a temeraria. Perlegant hunc in finem ac solertissime expendant prima quatuor capita, quae extant in Muratorii opere saepe commemorato. Ibi inter alia haec sunt cap. 2: „Inprimis animadvertendum est hic, duplicem esse dubitationem, alteram quidem multum, alteram parum consentaneam rationi. Utriusque differentia in fine et causa dubitandi se prodit. Quidam enim de rebus vel evidentissimis dubitant, non quod sibi earum rerum veritas dubia sit atque suspecta, sed ut veritatem ipsam dubitando ac disputando in meliori collocent luce, atque ut aliis, non sibi, dubitationem eximant. Nemo sane huiuscemodi dubitationis genus improbet, immo vero laudet; non enim proprie id dubitare est sed dubitantis dumtaxat personam induere. Quapropter praestantissimis viris nunquam non licuit dubitantis specie inquirere, utrum sit Deus; utrum vera sit christiana religio; et num certa, recteque plurium saeculorum et hominum consensu stabilita sint tot prima principia? Quod rudibus utique licet, illud est, ut a sapientioribus referant lumen, quo et ipsi alacriores fiant in credendis altissimis abditisque rebus. Contra vero rationi adversatur illorum confidentia, qui non alium dubitando sibi finem statuunt, quam acutissimi sui ingenii periculum facere; et tum sibi videntur cordati sapientesque viri, quum unius suae mentis vocem ac iudicium audiunt, aliorum contemnunt; et ad destruendum quam aedificandum aptiores aut nihil prb ant aut id solum probant, quod animi sui appetiti-

us blanditur, et quod suae tantum meditationis aciei erspicuum firmissimumque apparuit." Et cap. 4: „Po-ıst quilibet honesto fine sibi dubitationem creare vel e evidentissimis rebus, non quod earum veritatem su-ɔectam habeat, sed ut earum causas et rationes et ɜritatem clarius perspiciat. Hoc autem non doctis so-m et ingeniosis hominibus, sed et imperitis ac rudi-ıs facere licet; modo primi ingenium contineant intra nites concordi prudentum consilio statutos, reliqui ɜro ad fideles sapientesque magistros dubitationem ıam conferant seque illis erudiendos tradant. Licitum, quam, est aliquo modo dubitare, seu perscrutari, quam ·me Rationis atque Auctoritatis principiis innitatur sua ıex; dummodo id homines praestent intellectus sui il-ıstrandi gratia, atque, dum id praestant, a se certitu-nem illam nondum reiiciant, quam de Legis ipsius ɜritate ante conceperant, et dummodo instrumenta ad ·cte iudicandum necessaria in id opus adhibeant. Ita ɜt, ut nobilissimum fidei donum, quo a Deo per sacrum ıptisma donantur Christiani, vel in ipsa dubitationis ɔecie servetur intactum, et Christianae religionis veri-ıs magis eluceat et fortius confirmetur in hominum men-bus. Neque dicant Ethnici aut Judaei aut Muhamme-ani, levia nos a nostris petere, postquam gravia ab ısis petierimus. Volumus aequis rationibus cum illis ʒere: non alium in finem, non aliis conditionibus eos e sua Religione dubitare volumus, quam dubitaturi sint hristiani. Nam ex huiusmodi cauta dubitandi forma ertum nobis est consequuturos esse contrarios quidem ed optimos effectus utrimque, quando sinceris animis xamen habeatur, et media stet Ratio liberum prolatura ıdicium. Scilicet Christianus quilibet tunc arctius in

sua Religione firmabitur, atque ad eam contra inimicos tuendam aptior validiorque efficietur: quod sane omnibus Christianis suadet s. Petrus in Epist. I, 3 ita scribens: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe. Reliqui vero hucusque a Christo alieni aut mentem victam ad Evangelii leges convertent, aut tacite ostendent se ab una pervicacia seu terrena cupiditate aliisve parum honestis causis detineri, ne sanctae Christianorum Religioni suum dent nomen et animum." Haec et similia, quae acute explicat Muratorius, postquam diligenter accusatores Hermesii secum meditati fuerint; postquam praeterea — id quod vel maxime necessarium est — didicerint demonstrationem, quae fit rationis usu, argumentis confici posse aut philosophicis, id est petitis ex ipsa et sola ratione, aut positivis, id est extrinsecus oblatis*): non amplius, spero, offendent eos cum alii loci, quos ex Hermesii libris excerpserunt atque haud dubie perperam interpretati sunt, tum inprimis ille locus, qui in Introd. Philosoph. pag. XVII. ex edit. 1. (pag. XVI. ed. 2.) reperitur et multos, ut ipse comperi, male habuit. Disputat Hermesius contra eos, qui studium acriter demonstrandi suspectum faciunt omnibusque modis detrectant, contra mirifice extollunt fidem humilem: hanc esse radicem omnium virtutum, ex scientia autem nasci tumorem, nasci frigidum animum, nasci alia istiusmodi. Ad haec igitur ita Hermesius: „Primum, inquit, recte se habet, humilem fidem esse omnium radicem virtutum: at falsum est humilem fidem et scrupulosam demonstra-

*) Conf. pag. 84 not.

nem*), — quam hic etiam appellant scientiam tume-
ientem — unam alteri contrariam esse; immo potius
upulosa demonstratio est radix et conditio (funda-
ntum) piae fidei, quemadmodum pia fides est radix
conditio omnium virtutum. An dicetis, quaecunque
mum credenda esse aliquis asserit, ea omnia debere
s credere, et siquis hoc faceret, eius fidem etiam
ie fidei nomine afficiendam esse? Itaque ex vestro
iorum iudicio, ut pia fides existere possit, necessa-
m est obiecta fidei dignoscere atque hunc in finem
aminare assertionem. Quomodo autem poteritis, aut
omodo etiam licebit vobis, alteri assertioni praebere
sensum, alteri non praebere, ac proinde alterum fidei
iectum recipere, alterum repudiare, nisi hunc vestrum
lectum per stringentem demonstrationem**) compro-

---

*) Sic latine reddimus, quod apud Hermesium legitur: „zweifelsüchtiges Beweisen.“ Quae loquutio tametsi per se vituperandi vim habet, ut nomen substantivum „Zweifelsucht,“ id est dubitandi libido; tamen hic usurpatur pro acri sive exacta demonstratione. Nempe Hermesius, quod probe animadvertendum est, loquutione illa „zweifelsüchtiges Beweisen,“ quae fortasse nonnullos offendit, ita utitur, ut se accommodet ad adversariorum loquendi consuetudinem. Id apparet ex antecedentibus et ex toto orationis contextu. Quippe solent, qui negant tentandam esse acrem demonstrationem, ita clamare: periculosum esse talem conatum, declarari libidinem et pruritum dubitandi, viam aperiri Scepticismo.

**) „Durch einen strengen Beweis,“ id est per stringentem (acrem, exactam) demonstrationem. Aperte igitur Hermesius hanc eandem demonstrationem intelligit per loquutionem initio usurpatam et ab adversariorum loquendi consuetudine petitam. Ceterum recte Hermesius postulat, ut demonstratio sit stringens, ut mentem quasi obstringat, vinciat, liget, neque huc illuc ferri patiatur, hoc est, ut necessitatem aliquam assentiendi, sive physicam sive moralem, menti im-

baveritis? Et quod attinet ad humilitatem fidei, profecto is, qui hanc necessariam eius proprietatem ponit in coecitate, qua suscipiatur, parum etiam perspexit fidei vim et naturam. Minime omnium, non in eo, ut credamus sine praevia demonstratione, consistit fidei humilitas, sed in eo, ut rata habeamus, quae non videmus, propterea tantum, quod ratio assensionem postulat; postulari autem a ratione assensionem, id ipsum ostendit peracta demonstratio*). Haec obedientia erga rationem ducem, quae credentis et cogitationibus et factis decla-

---

ponat: contra omnis demonstratio, quae non obstringit, potest illa quidem efficere verisimilitudinem (modo maiorem, modo minorem), plenam certitudinem efficere non potest sua natura, atque eatenus manca dicenda est, ubi quaeritur de certitudine, non de verisimilitudine tantum.

*) Haud dubie ex hoc et similibus locis Hermesii excerptores et accusatores concluserunt ea, quae supra (pag. 123 s.) congessimus: Hermesium id moliri, ut fidem christianam convertat in „theorema philosophicum," rel. At mirifice falluntur et ipsi, et alios induxere in errorem luctuosissimum. Hermesius hic loquitur in universum de iusta demonstratione deque eius nexu cum ratione nostra — nam omnis demonstratio, me hercule, requirit rationis usum —; minime autem loquitur de argumentis, quibus demonstratio conficiatur, et propter quae ratio assensionem postulet. Haec argumenta sive motiva, ut supra dixi, possunt esse duplicis generis, aut in ipsa ratione sita, aut extrinsecus oblata. An Hermesius usquam loci alterum genus excludit? Omnino autem ratio postulat propter motiva externa, ut credamus (vel, ut malim dicere: ratio per motiva externa necessario adducitur ad credendum,) Jesum Christum esse legatum Dei. Hoc constituto, (quod praevium est,) rursus ratio postulat, ut propter motivum externum, i. e. propter auctoritatem Dei singulis quibusque dogmatis a Jesu Christo traditis assentiamur, quod qui facere recusat, is repugnat rationi. Idem passim docet Episcopus Argentoratensis, veluti loco illo (pag. 127): „postquam Deum loquutum esse agnovimus, omnino pugnaret cum ratione non obedire ipsi."

ratur — sive ad religionem fides ipsius sive ad aliam quamcunque rem pertineat — non parva est abnegatio eorum, quae desiderant sensus nostri: nam isti quidem dum id unum curae habent, quomodo moveantur a rebus, quae sub oculos cadunt, mens credula patitur illos contra dicere, et sponte sua se attollit ad ea, quae sub oculos non cadunt. Atque in hoc ipso demum cernitur veritas sententiae illius: humilem fidem esse radicem et conditionem omnium virtutum: nam omnes virtutes oriuntur demum ultra sensuum limites, ubi rationis est regio; atque in hanc unice nos transfert fides. At scientia tumidum facit animum, ideoque mali naturam habet. Equidem illa scientia, quae inconsiderate quaeritur, inventa non ponderatur, et propterea, quotiescunque progressum aliquem facit, cognitionem novo additamento augere videtur, haec, inquam, scientia, quoniam indies dilatatur, facillime fastum eruditionis parit excitatque tumorem. At illa scientia, quae ad sanctum hunc finem quaeritur, ut doctrinas cum naturalis tum supernaturalis revelationis nobis propositas accuratius investigando examinemus et persuasionem de earum veritate rite confirmemus, haec igitur scientia vel eam ob causam tumefacere non potest, quia non ipsa pro fine est sed pro subsidio tantum ad finem multo altiorem. Praeterea vero talem scientiam metiri non licet ex latitudine, quam nacta est, sed ex profunditate, quam habet, nam huic respondet adiumentum, quod affert ad fidem examinandam et confirmandam; secundum hanc autem mensuram omnis scientia humana admodum parva, rationeque habita impensi laboris tenuissima invenitur, quae quidem animadversio, me hercule, non gignit tumorem."

At Hermesius „inducit in Scepticismum et

Indifferentismum." Ego vero in methodo Hermesiana non modo nihil reperio huiusmodi, sed potius plane contrarium. Etenim hoc est, ut iam supra dixi, methodi illius ingenium, ut omnes dubitationes excludat. Nemo erit, opinor, qui istud consilium non laudabile arbitretur. Per se autem liquet fieri non posse, ut quisquam acri demonstratione ita, ut par est, omnes dubitationes excludat, nisi idem causas dubitandi, qualescunque demum sint, diligenter exploret et sincero animo ponderet. Hiccine est Scepticismus? Non hic agitur de indoctis hominibus, sed de doctis, inprimisque de iis, qui Theologiam christianam tradunt: hos minime decet ignorare, nihil curare, praetermittere aliquid, quod dubitationem aut scrupulum iniicere possit. An ipsa veritas et fides ex severo examine, quod sincera mente instituitur, quidquam detrimenti capiet? Quid? veritas, veritas, inquam, aeterna et immutabilis adeo infirma sit, ut vel severissimum examen ferre nequeat? Ego quidem ita censeo, veritatem his studiis lucidiorem fore, fidem robustiorem, firmiorem, tamque altas radices acturam esse, ut etiam in vehementissimis tempestatibus non vacillare incipiat, sed saluberrimam vim suam exerceat. Atque haec est sententia loci, qui legitur apud Hermesium in Introd. Philos. pag. XV.: „Nequis iudicet perversum esse desideria, vel quod idem hoc loco valet, dubitationes excitare. Praestet ab aliis quibuscunque non sentiri desideria, quam his satisfacere non posse, in futuro religionis Magistro non ita se res habet. Hunc scire oportet, se nescire*), ut eam scientiam, qua caret, studiose inquirat; hunc intimos quosque et ad

*) Id est: hunc acquiescere non oportet scientia imperfecta.

modum Labyrinthi complicatos dubitationum recessus pervestigare oportet, ut possit aliquando alios dubitantes in omnibus eorum viis prosequi; hunc oportet cum quoquoque adversario, et nostra praecipue aetate cum iis in arenam descendere, qui negant eorum, quae aliquando docturus sit, quidquam sciri posse, ne, dum illi irrident religionem, ipse obmutescat, atque hoc modo iis, quos confirmare (aedificare) debet, scandalum afferat; hunc oportet omnes demonstrationes scrupulose perpendere, ea vero, quae non quilibet homo ratione utens concedere debet, seiungere omnia, ne aliquando sibi demonstratione sua ludibrium contrahat; immo ipsum oportet penitus sentire veritatis sanctitatem, neque quidquam habere gravius peccatum, quam ore suo profiteri, quae corde non credat, ut paratus fiat veritati omnia sacrificare, atque ibi etiam testimonium dare Jehovae, ubi omnis populus tenet doctrinam Balaam; denique cognitionem systematicam eamque perfectam sibi comparare debet, ut, quo loco in toto systemate possit haec illa quaestio moveri, decernere queat: nam sine ista scientiae suae perfectione vel periculo obnoxius erit responsis suis committendi petitionem principii, ut mittam hoc, sine eadem perfectione nullius responsi vim obstringentem fore lucidam, totamque ipsius cognitionem cariturам esse certitudine, claritate et praecisione.“ Magna sunt, fateor, quae Hermesius in religionis christianae Magistro requirit; attamen non iniuste videtur requirere, dum ad scopum celsissimum intendas oculos. Idem vero Hermesius, ut ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in nobis est, spe paratissimos faceret auditores suos, diu noctuque laboravit, vitam ipsam consecravit. Neque id sine uberrimo fructu:

quippe plurimos — id enim compertum habeo —, qui sive pravis exemplis inducti sive recentioris Philosophiae praeceptis, religioni christianae inimicis decepti fidem abiecerant aut saltem vacillare coeperant — ad fidem reduxit, innumerabili eorum, qui ipsum audiebant, multitudini intimum veritatis amorem instillavit, tamque parum eos in Scepticismum aut Indifferentismum induxit, ut etiam firmissimam vigentissimamque ipsorum mentibus iniecerit persuasionem de veritate religionis christianae, de veritate doctrinae catholicae. Sed quum minus fortasse videatur honestum praedicari talia ab Hermesii discipulo; adhibendi sunt alii testes, iique gravissimi. Ut primum innotuerant litterae Apostolicae, quibus Hermesii libri damnantur, ad Reverendissimos Episcopos Dioecesi Monasteriensi ac Paderbornensi praefectos complures Theologiae Professores Bonnenses et Trevirenses missi sunt eo consilio, ut illorum percontarentur sententiam. Observantissime interrogati Episcopi alter respondit, methodum quidem Hermesianam minus ipsi probari, doctrinam autem esse orthodoxam, alter, qui nescio quid sentiat de methodo, de doctrina certe idem lubentissime testimonium dedit. Reverendissimus Episcopus Trevirensis qualem de Hermesio eiusque discipulis existimationem habeat, ex eo satis intelligi licet, quod in Seminario theologico Trevirensi constituti sunt quinque Professores e schola Hermesiana profecti, quorum unus Philosophiam, reliqui Theologiam tradunt. Mitto dicere, in ceteris Borussiae Dioecesibus maximam partem eorum virorum, quibus publicum Theologiae catholicae docendae munus demandatum est, eandem scholam sequi, atque ita satisfacere officiis suis, ut ab ecclesiae Praesulibus magnopere laudentur.

Achterfeldtii, qui edidit Hermesii libros, Catechismus forma maiori non solum valde approbatus (vide p. 9 not.), sed etiam per totam Dioecesin Varmiensem Celsissimi Praesulis iussu introductus et nuper denuo commendatus est. Reverendissimus Episcopus Limburgensis, qui bene multos in Dioecesi sua animarum Pastores habet e disciplina Hermesiana egressos, has litteras dedit ad Hermesii amicum: „Nuper in folio quodam Ephemeridum Catholicarum Schafnaburgensium cum admiratione legi litteras Apostolicas, secundum quas scripta Hermesii Professoris morte defuncti Romae damnata atque in indicem librorum prohibitorum relata sunt. Equidem non accurate cognita habeo Hermesii defuncti Doctoris scripta, neque id facile quisquam mihi vitio tribuet pro ea aetate, ad quam provectus sum, et pro magna negotiorum multitudine, quibus abhinc decennio occupatus teneor. Hoc autem certo scio, illius discipulos, qui in Dioecesi mea Pastorum et Capellanorum munere funguntur, quorum vitam et actiones accurate novi ac nuntio illo sollicitatus iterum iterumque omni cura et studio perlustravi, omnino secundum leges ecclesiasticas et catholicas se gerere, morum integritate excellere et commendari. Atque hoc quidem pro aestimatione, qua Reverentiam tuam prosequor, Tibi, qui amicitia iunctus Hermesio ex damnatione nonnullarum eius propositionum magnum dolorem et aegritudinem percipies, tranquillandi consolandique animi causa nuntiandum existimavi, idque eo magis, quum ne unicum quidem dictum aut placitum doctrinae catholicae contrarium, quod auctorem habeat aliquem ex Hermesii discipulis hic degentibus, ad aures meas venerit aut innotue-

rit*)." Hoc testimonium, quod anonymi Ephemeridum Schafnaburg. editores nuperrime ausi sunt enervare, pro magna scilicet observantia, quam erga ecclesiae Praesules habere consueverunt, hoc igitur testimonium honorificum per litteras ad me ipsum datas Reverendissimus Episcopus in partibus infidelium, Trevirensi adiunctus Episcopo huiusque Vicarius Generalis, his verbis confirmavit: „Ad me quod attinet, assentior testimonio Episcopi Limburgensis, quem novi candidum Virum, qui litteris ad Hermesii discipulum datis ita scripsit: „„Equidem non accurate cognita habeo Hermesii defuncti Doctoris scripta, neque id facile quisquam mihi vitio tribuet pro ea aetate, ad quam provectus sum, et pro magna (maxima) negotiorum multitudine, quibus fere

*) „In einem der Blätter der katholischen Kirchen-Zeitung von Aschaffenburg las ich kürzlich mit Erstaunen das päbstliche Breve, wornach die Schriften des verstorbenen Professors Hermes zu Rom verworfen und in den index librorum prohibitorum gesetzt worden sind. Ich kenne die Schriften des seligen Dr. Hermes nicht genau, was mir auch in meinem vorgerückten Alter und bei meinen seit zehn Jahren sehr mannigfaltigen Geschäften nicht wohl übel gedeutet werden mag. Aber das weiss ich bestimmt, dass seine Schüler, welche in meiner Diöcese als Pfarrer und Kapläne angestellt sind, deren Wandel und Wirken ich genau kenne und in Folge dieser mich beunruhigenden Nachricht nochmals und wiederholt mit allem Ernste und Nachdenken musterte, sich durchaus kirchlich und katholisch benehmen, sich durch einen gesitteten Lebenswandel auszeichnen und empfehlen. Aus Gesinnungen der Hochachtung, die ich gegen Ew. Hochwürden hege, glaubte ich dieses Ihnen, dem als einem Freunde des Verstorbenen die Verwerfung einiger seiner Lehrsätze sehr schmerzlich und betrübend sein wird, zu einiger Beruhigung und zum Troste mittheilen zu müssen, um so mehr, da mir auch noch nicht eine einzige antikatholische Aeusserung oder Behauptung von einem seiner hiesigen Schüler zu Ohren gekommen oder bekannt worden ist."

abhinc decennio occupatus teneor. Hoc autem certo scio, illius discipulos, qui in Dioecesi mea Pastorum et Capellanorum munere funguntur, omnino secundum leges ecclesiasticas et catholicas se gerere, morumque integritate excellere et commendari."" Etiam illud adiungere placet, Professores nostri Seminarii omnino probos et catholicae religionis zelo conspicuos sacerdotes esse*)." Scire velim ex editoribus Ephemeridum Schafnaburgensium, quomodo labefactare aut infringere posse sibi videantur hoc testimonium Viri gravissimi et candidissimi, qui in Dioecesi Trevirensi per decennium Vicarii Generalis provinciam honorificentissime gessit, qui pro muneris sui partibus optime nosse debet non solum Professores Seminarii, sed omnes viros in Dioecesi illa animarum curae exercendae praefectos. Quodsi haec omnia testimonia, plurimorum et gravissimorum Virorum dictis factis edita, aliquantum momenti habent: nonne ad Hermesium quoque eiusque discipulos accommodare licebit, quod ait Jesus: ex fructibus eorum cognoscetis eos? At fructus boni et salutares sunt, ut certe maxima auctoritate Viri iudicant, qui et possunt et debent hos fructus iudicare. Non igitur potuit tam mala arbor esse Hermesius.

*) „Was mich betrifft, so schliesse ich mich an die Erklärung des mir bekannten schlichten Herrn Bischofs Bausch zu Limburg an, der in einem Briefe an einen Schüler von Hermes geschrieben hat: Ich kenne die Schriften des seligen Dr. Hermes nicht genau etc. (Sequuntur verba, quae supra latine reddidi.) Ich möchte hinzufügen, dass die Herren Professoren in dem hiesigen Seminarium durchaus fromme und für den Katholicismus eifrige Priester seyen."

Obtulerunt Sanctissimo Patri maxime deformatam Hermesii imaginem. Damnata est doctrina vere damnanda, non minus sane damnanda, quam Bautaenianismus aut similes doctrinae, quibus scholae Hermesianae adversarii in Germania magnam partem adhaerescunt, quasque ventis renis in ecclesiam introducere conantur. Damnata est doctrina, quam ipse Hermesius semper damnavit, omnes Hermesii discipuli damnant ac toto animo repudiant. Damnatus est Pseudo-Hermesius, non verus: verum Hermesium si novisset Sanctissimus Pater, non modo non damnasset, sed etiam eius studia ecclesiae catholicae fructuosissima iudicasset.

His peractis, ad Vos me denuo converto, Hermesii Auditores, Discipuli, Amici! Multo longior fui, quam ab initio volebam; sed fit, nescio quomodo, ut discruciemus nos in explicandis atque interpretandis iis, quae aut omnino non aut male intelligi et detorqueri videmus ab aliis. Non est dubium mihi, quin eodem modo, quo ego intellexi atque intelligo Hermesium, Vos omnes intellexeritis atque intelligatis. Non est dubium, quin perspectum sit Vobis omnibus doctrinam Hermesianam consentire ad unguem cum ea, quam Reverendissimus Episcopus Argentoratensis, Vir maxime egregius, exposuit in

pistola Pastorali adversus Bautaenium*). At Sanctis-
mus Pater hanc ipsam Epistolam approbavit. Habe-
us igitur in rebus afflictis, unde magnam animi tran-
illitatem et solatium capiamus. Sperare licet fore, ut
nctissimus Pater, qui verum Hermesium, etsi diligen-
sima cautione adhibita, non novit, verum Hermesium
scat. Sperare licet fore, ut Idem hoc saltem sibi
rsuadeat, nos esse fidelissimos ac devotissimos Ipsius
os, tam remotos ab omni doctrinae catholicae novan-
e studio, ut etiam toto pectore profiteamur illud, quod
Vincentius Lirinensis: „In ipsa catholica eccle-
a magnopere curandum est, ut id teneamus,
od ubique, quod semper, quod ab omnibus
editum est." Hanc regulam qui et ore et corde
firmant, qui etiam Magisterium in ecclesia catholica
rtissimum traditae doctrinae interpretem ac iudicem
noscunt, hos certe, quia deficere a fide non possunt,
nnare non potest Sanctissimus Pater, neque damnabit
quam, sed sua potius auctoritate tuebitur. Ad me-
odum disciplinae theologicae confirmandae, pertrac-
dae et perficiendae quod attinet, mea sententia iure
petitur concediturque ea libertas, quae nihil habet,
od pugnet ullo modo cum fide. De hac libertate,
ae non egreditur ultra iustos cancellos, quae utilis,
no etiam necessaria est, voluisse Sanctissimum Pa-

*) Idem ineunte anno superiori, nondum editis litteris Apostolicis, Braunius, Theologiae Professor in Academia Bonnensi, luculenter demonstravit in libro, qui ita inscriptus est: „Die Lehren des sogenannten Hermesianismus über das Verhältniss der Vernunft zur Offenbarung gutgeheissen, und die entgegenstehenden Ansichten als falsch und gefährlich verworfen von dem Bischofe von Strasburg, Herrn Le Pappe de Trevern, nebst einem Breve Sr. Päbstlichen Heiligkeit, Gregors XVI. Bonn 1835."

trem derogare quidquam, non possum ego quidem animum inducere. Hermesianam autem inquirendi et demonstrandi methodum non modo non pugnare sed maxime consentaneam esse cum fide catholica rectissimaque via ad hanc fidem adducere, id nemo satis intelligens iudex, qui methodum illam paullo diligentius consideraverit, infitiari poterit. Quid ergo tantos clamores tollunt nostri in Germania adversarii? quidni tolerant saltem methodum Hermesianam? Si negaremus vel unicum dogma ecclesiae catholicae, aut si diceremus aliquid, quod constare non posset cum regula credendorum inter omnes Catholicos certa et explorata, haberent clamandi et accusandi causas: nunc nullas huiusmodi causas habent. Spiritus autem, quo ipsi, si non omnes, tamen magna ex parte agitantur, perniciosissimus est; et omnino oportuit hunc spiritum in lucem proferre. Maledicunt rationi, atque in eo sibi sapere videntur: qui vel tantillum rationi tribuit, fidemque rationi consentaneam esse debere contendit, hunc statim volunt esse Rationalistam, Pelagianum, Socinianum. Vide, inquiunt, quam hic rationi Deae sacrificet! Naturalem cogitandi et credendi ordinem invertunt, ordiuntur ab eo, in quo terminandum est, miscent res diversissimas, in argumentationibus suis saepissime recti sensum violant, saepissime in petitionem principii incidunt: quibus omnibus rebus quum videantur sibi coercere posse incredulum nostrae aetatis ingenium, confirmare fidem divinam, iuvare salutem ecclesiae, nimirum eos, qui ipsorum nutui non obsequuntur, sed diligenter cavent sibi a paralogismis, insitas menti leges inquirunt et in suis demonstrationibus religiose observant, statim volunt esse incredulos, Scepticismo deditos, auctoritatis divinae e

ecclesiasticae contemptores. Ita non modo abiiciunt honestam tolerantiam, sed dictis factis declarant sese hostes esse solidae doctrinae, quae ut inter Catholicos sustentetur et vigeat, praesertim in Germania opus est. Talium virorum studia et conatus profecto non approbavit neque approbabit unquam Sanctissimus Pater, qui de sana et solida scientia idem iudicare credendus est, quod Episcopus Argentoratensis, in cuius Epistola Pastorali adversus Bautaenium haec leguntur (pag. 23): „Nous lui dirons que, si les Chrétiens instruits n'avoient pas des preuves certaines sur la Religion, la croyance des simples serait d'un secours bien mince pour en établir la vérité.“ Est igitur nostrum omnium denuo excitatis et perpetuis illorum virorum clamoribus non turbari aut de statu deiici, sed strenue defendere et confirmare religionem catholicam eo modo, quo Theologi praestantissimi et antehac fecerunt et hodie faciunt. Est nostrum omnium sine ira et studio, non conviciis convicia referentes, sed argumentorum pondere tamdiu, quam necesse erit, impugnare eos, qui, dum prodesse se putant ecclesiae catholicae, eandem risui exponunt, ac pervulgatae eorum opinioni, qui Catholicos turpissimae superstitioni et Caecutianismo addictos esse censent, veri speciem conciliant. Utinam et ipsi, quid vera ecclesiae salus postulet, tandem aliquando cognoscant! utinam desistant a certamine, quod aliis laetitiae est, alios moerore afficit, multis etiam perniciosissimum scandalum praebet! Utinam cessent nos accusare haereseos, perturbare animos fidelium, excitare maximas discordias! Id ubi facere coeperint, nos paratissimi simus porrigere manus et oblivisci omnia, quae durius tractata sunt;

nam decet inprimis, qui iuncti sunt eiusdem fidei unitate, eosdem in ipsa vita caritatis, concordiae, pacis vinculo contineri. „Pacem sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, contemplantes, nequis desit gratiae Dei, neque radix amaritudinis rursum germinans impediat, et per illam inquinentur multi.“ Ad Hebr. 12, 14—15.

APPENDIX.

Reprehendimus hic illic Bautaenium aut potius ipus placita, idque omnino facere oportuit. Posteaquam ero maximam nostrae dissertationis partem conscripamus, venerunt nuntii laetissimi, qui rediisse Bautaeium cum suis nuntiarunt ad frugem meliorem. (Vide phemerid. Bonnens. Fasc. XVI. pag. 239 s.). Nam udientes Episcopi Argentoratensis vocem has propoitiones, maxime sane consentaneas cum doctrina ermesiana, impresso nominis sigillo suas fecerunt, nee unquam quidquam illis propositionibus contrarium it ore aut scriptis se tradituros esse professi sunt.

I. „Le raisonnement peut prouver avec certitude l'existence de Dieu. — La foi, don du ciel, est posterieure à la révélation; elle ne peut donc pas convenablement être alléguée vis-à-vis d'un athée en preuve de l'existence de Dieu."

II. „La révélation mosaïque se prouve avec certitude par la tradition orale et écrite de la synagogue et du christianisme."

III. „La preuve de la révélation chretienne tirée des miracles de Jesus-Christ sensible et frappante pour les témoins oculaires, n'a point perdu sa force avec son éclat vis-à-vis des générations subséquentes. Nous trouvons cette preuve dans la tradition orale et écrite de tous les chrétiens. C'est

par cette double tradition que nous devons la démontrer à ceux qui la rejettent ou qui, sans l'admettre encore, la désirent."

IV. „On n'a pas le droit d'attendre d'un incrédule qu'il admette la résurrection de notre divin Sauveur, avant de lui en avoir administré des preuves certaines; et ces preuves sont déduites de la même tradition par le raisonnement."

V. „L'usage de la raison précède la foi, et y conduit l'homme par la révélation et la grâce."

VI. „La raison peut prouver avec certitude l'authenticité de la révélation faite aux juifs par Moïse et aux chrétiens par Jésus-Christ."

Propositum erat gratulari Bautaenio eiusque discipulis de saluberrima mentis mutatione, salutare eos atque amplecti tanquam amicos, et siquid fortasse acerbius excidisset, id iucundioribus verbis abstergere: sed impediunt, quominus id nunc quidem faciamus, recentissimi nuntii valde lugubres, qui parum constantem fuisse illam mentis mutationem referunt. (Vide Ephemer. Bonnens. Fasc. XVII. p. 233.) Quibus nuntiis quum neque confestim credendum, neque fides omnino recusanda esse videatur; nihil reliquum fit, nisi ut gratulationem nostram suspendamus.